materna, et ita concludit Joan. de ana. in consi. lxxii. Pro breue expeditio ne, quia cum statutum de auia paterna tantum dicatur datur intelligi, quod sit secus in auia materna. arg. l. cxxii. pretor. ff. de iudic. in. c. nonne. de presump. et quia dicit Joa. de ana. si statutum voluntatis est esse in auia materna expressissimum. arg. l. i. s. si autem ad deficientis. C. de cadu. coll. et fortiori in casu isto dicendum videtur quod statutum quod loquitur de anno paterno, non habeat locum in auia materna; et quia ratio que potest considerari in anno paterno ratione agnationis conseruande non videtur habere locum in auia materna, et sic ex omnibus supradictis patet quod statutum non videatur obstat dicte domine Ludouice, cui etiam obstat non videtur renuntiatio que fuit facta a predicta domina Ludouica, in qua renuntiatio considerandum est quod licet periculosa sit renuntiatio, postea non datur regressus, et quam periculosa. vij. q. i. in. l. queritur. s. si vedor. ff. de edili. edili. l. i. s. qui semel. ff. de successel. edic. et am renuntiatio est strictius, et in ea non venit nisi ea que expressa sunt, ut no. Laldo. in consi. v. in tit. de preben. idem no. Lard. in consi. cxx. Titius obligavit se. in fi. vbi inquit quod renuntiatio debet stricte interpretari: quia tales renuntiationes plerique sunt cum parva cause cognitione, et quod ex quadam consuetudine notarii apponunt clausulas pleniores, et ideo renuntiatio beneficij, ex aliquo actu non inducitur nisi expresse agatur. c. sane cum glo. pe. in fi. de renun. et no. Lardi. in consi. xxx. in hac dubia. col. penul. hoc presul. missio verba dicte renuntiationis diligenter debent perscrutari, ex quibus apparet quod dicta quietatio, et renuntiatio sunt limitata: in bonis paternis et maternis, et non extendeatur ad hereditatem domine al. Sedee anime materne: de qua in renuntiacione nihil dicitur, unde limitata causa effectus limitatum producit. l. in agris. ff. de acqui. rerum do. l. age. C. de transac. Et pactum super una re ad aliam rem non porrigitur in l. si unus. s. ante omnia. ff. de pac. et quod quando plura iura competit renuntiatio facta in uno in alio non nocet. l. si dominus. ff. de servi. vbl. predi. et ppter hoc infert Roma. in consi. clxvij. circa prim. in prim. quod renuntiatio facta in hereditate patris non nocet in hereditate fratris, et idem Ange. conclusum in consi. l. y. dominus Silius. vbi inquit quod filia que renuntiavit hereditati patris non prohibetur succedere fratri qui adiunxit hereditatem patris, et idem not. Bart. in. l. fi. in princ. in fi. s. q. ff. ad tert. cum simi. vt tradit Aler. in. l. si veteres. col. antepe. ff. de acqui. pos. et cum predictis concordat Benedic. Capr. in consi. xiiij. t. viso et considerato. in fi. Bret. in consi. clxj. in presenti consultando. in prim. cum simi. vt dixi in consi. clxvj. ad exclusionem Marie. Ex omnibus supradictis remanet confirmata, et cōprobata conclusio superius facta per dominum Consultorem quod domina Ludouica simul et patre admittatur cum eius fratre Angelo ad successionem et hereditatem domine al. Sedee eorum anime materne de cuius successione agitur, et conclusio supradicta clara est de iure, et si causa esset mibi commissa ita iudicarem. Laus Deo.

### Consilium. cccccccvij.

Verba ex legitimo matrimonio natis non verificantur in legitimatis.

#### Summarium.

- 1 Argumentum a contrario sensu an habeat locum in statuto.
- 2 Statutum loquens denatis ex legitimo matrimonio non habet locum in legitimatis.
- 3 Dictio ex causam proximam et immediatam significat.
- 4 Qualitas a statuto requisita probari debet ad hoc ut statutum locum habeat.
- 5 Limitata causa limitatum effectum producit.
- 6 Argumentum a contrario sensu habet locum etiam ad correctionem iuris antiqui quando verba in sensu directo nihil operarentur.
- 7 Verbum nullum etiam minimum debet esse superfluum.
- 8 Inducta ad prohibitionem non debent operari contrarium.
- 9 Testamentum non probatur ex preparatione testamenti.

**O** Juino iplorato psidio. Ad dubium quod mouetur ab excellētissimis rote Florentine auditoribus de argumento a contrario sensu bene responsum videtur, ex his que inducunt celebratissimus doct. dominus Hormannotius ut frater maior honoratus adeo quod non esset opus ulterius insistere, tamen ut petenti aliqua ex parte satisfaciā firmabo duas conclusiones. Prima erit sicut communem intelligentiam quod in statuto de qua agitur habeat locum argumentum a contrario sensu. Secunda erit dato quod non haberet locum argumentum a contrario sensu, omnino tamen et planius habemus intentum sicut intelligentiam quam nouissime dixi in l. i. ff. de offic. eius. Circa primam conclusionem primo presupponendum est quod illa verba statuti sint ex legitimo matrimonio nati non habent locum in legitimatis; quia legitimati maxime per rescriptum non dicuntur nati ex legitimo matrimonio: quia illa dictio ex causam proximam et immediatam significat, ut no. Bar. in. l. non dubium. col.

penul. inver. nota quod dictio er. C. de legi. in. l. co tempore. in. fi. ff. de pecul. cum simi. vt tradit Aler. in consi. xxi. videtur prima conclusione col. i. lib. vi. in consi. cxliij. vila themate. col. pe. eo. lib. vi. tibi dicit hoc marime procedere in statutis in quibus verba propter accipiuntur, et istud presupp ositum quod dicta verba non verisimilitudinem in legitimatis, apertius colligatur in verbis statuti. in fi. vbi ad literam dicitur et quod dictum est supra de filiis vel filiabus de ne potibus vel pronepotibus vel de descendētibus intelligatur de legitimis et naturalibus ex legitimo matrimonio natis, ista enim regula que ponitur in fine statuti manifeste ostendit quod hoc statutum nullo modo habeat locum in legitimatis: quia verba sunt generalia de legitimis et naturalibus ex legitimo matrimonio natis que exuberantem intentionem statuti demonstrant quod statutum non habeat locum in legitimatis ex eo quod no. Bar. de verbis generalibus natis in l. cum simus. C. de agri. et censi. lib. xij. et not. in l. balista. ff. ad trebel. et specialiter facit quod not. Bald. in consi. cccrcij. quidam tres heredes instruit. lib. viij. vbi inquit quod legitimatus non est de legitimo matrimonio natus, de quo dicto propter favorem matrimonij dubitari potest ut dixi in consi. clv. in versi. renocatur in dubium sed in legitimato per rescriptum de quo agitur indubitate concludendum est quod verba supradicta verificari non possunt, et tante dicto presupposito quod negat non potest per supradicta dico quod argumentum a contrario sensu in isto statuto videtur optime procedere: quia in statuto mulier excluditur extatibus nominis in statuto qui sunt ex legitimo matrimonio nati, ergo a contrario sensu si non sunt nati ex legitimo matrimonio non habent talem prerogativam exclusionis: quia qualitas requisita a statuto de natis ex legitimo matrimonio non est verificata, et ad hoc ut statutum habeat locum requiritur quod qualitas requisita a statuto probetur, not. Barto. in. l. i. s. ait pretor. ff. ne quid in flumi. publi facit quod not. Joan. and. in. c. i. de homici. in. vij. et quia dispositio statuti sine limitata in natis ex legitimo matrimonio ideo limitata causa lis mitatum effectu producit. l. in agris. ff. de acquir. rerum domini. can. cellarera. ff. de his que in testa. del. l. age. C. de transact. et quia in casu isto omnino videtur habere locum argumentum a contrario sensu: quod necessario colligitur ad limitas verborum que sunt in directo sensu, ut not. Ant. de but. in. c. cum apostolica in ultimo not. de his que sunt a prela. vnde cum statutum ad exclusionem mulierum vocet natos ex legitimo matrimonio, ergo a contrario non sunt vocati que non sunt nati ex legitimo matrimonio, et per consequens legitimati non admittuntur ad exclusionem feminatus per dicta supra in presupposito, et hoc ideo cōprobatur autoritate Bald. in. l. obseruare. in. s. profici. in. iij. q. in fi. in ver. item si effet argu. a contrario. ff. de offi. procōfū. et leg. vbi inquit quod argu. a contrario sensu ex natura verborum limitatorum est necessario, et habet locum in statutis et in statuto a contrario sensu quod argu. habeat locum no. Bal. in consi. xcij. primo statuto cauetur. i. ver. credo quod ex isto statuto immatur argumentum a contrario sensu. lib. iij. et in consi. cxliij. punctus q. in prim. eo. lib. et idem Bal. in consi. clxvj. in provincia Enconitana. cel. pe. infi. lib. iij. dicit quod argu. a contrario sensu habet locum in statutis, vnde si statutum prohibet usq; ad. xvij. annū videtur permittere post annū. xvij. et odiem modo in statuto a contrario sensu arguit Ang. in consi. ccc. statutū supradictum. col. fi. et ista conclusio indubitate videtur procedere in isto casu in quo argumentum a contrario sensu sumitur ad limites verborum que sunt in directo sensu, ut supradictum est. Secundo ista conclusio principaliter ex illo fundamento probatur quod communiter adducitur quod argu. a contrario sensu habet locum in statutis quād overba statuti in sensu directo nihil operentur, ut tradit Bal. in. l. conuenticulā. col. j. C. de epi. et cleri. et hoc cōprobari potest ex eo quod dicitur et quod argu. a contrario sensu habet locum etiam ad correctionem iuris antiqui quād verba in sensu directo nihil operarentur, ut no. Roma. i. auf. ex testamento. in prim. C. de colla. in ver. ex quo not. et ad idem facit: quod etiam in materia odiosa verba debent in telligi. ut aliquid operetur, ut no. Abb. in. c. pastoralie. in prim. de appelle. cum simi. vt dixi ibi. Non obstat illavana responsio quam Soci. scribit in consi. ccvij. in causa domine Eliae. col. pe. ver. non obstat tertia ratio quod statutū operatur in alijs partibus. et hoc sufficit, ut non dicatur statutū superfluum: quia a prestantisimo domino Consultore supra responsum fuit: quia satis est quod statutum nihil operetur in versu. de quo agitur, et dato quod in alijs partibus statutum operetur hoc nihil facit ad rumbum: quia ex quo in ver. in quo statutum loquitur de exclusione mulierum in sensu directo nihil operatur: hoc sufficit, quia ratio Bal. post Ly. in. d. l. conuenticulam. militare videtur: et quod nullum verbum etiam minimū debet esse superfluum, ut not. Bal. in rubri. C. de contrahē. emp. in. ir. q. et etiam syllaba non debet esse posta nisi necessaria sit, ut not. per glo. in. l. i. in prim. vbi Bald. de eo quod metus can. et in istam conclusionem consului in ciuitate assidue superioribus annis reprobando responsionem Socini, et ex omnibus supradictis remanet firmata prima conclusio supradicta. Tertio ad secundam conclusionem in qua dixi dato quod in isto

# Quinta pars Consil. Do. Philippi Decij.

casu non haberet locum argu. a contrario: omnino tamē habemus inventum etiam plenius sīm intelligentiam de qua dixi in d. l. i. de off. eius. et intelligentia mea in d. l. i. col. ix. in ultimo not. qd̄ arg. a contrario sensu nunq̄ habet locum i legibus vel statutis ita qd̄ ex tali arg. dispositio indicatus gratia exempli in l. i. g. huius rei. de off. er. qui principaliter allegatur qd̄ valet argu. a contrario sensu: ibi enim dicitur qd̄ magistrat⁹ potest causas meri imperij de legare si proficiscatur, ergo si non proficiscatur nō potest delegare causas meri imperij, z hoc modo arg. a contrario bene procedit quia stricte sumitur ad limites verborum que sunt i directo sensu prout sumi debet, vt not. Anto. de but. in d. c. cum apostolica. sed a dicto contrario sensu nō sequitur qd̄ ter. in d. l. i. h. prohibeat causas meri imperij: qd̄ aliquid est prohibere, aliquid est nō permittere, quando prohibet disponit prohibendo, sed quando non permittit res remanet in dispositione iuris cōmūnū, z nihil noui inducit, z eodem modo iductur ter. in l. ex eo. ff. de testi. z in l. qui testamento. s. mulier. ff. de testa. vbi dicitur qd̄ mulier damnata de adulterio nō potest dicere testimonium ex hac speciali prohibitione colligitur qd̄ regulariter mulier pōt testificari alias nō fuisse opus illam specialiter prohiberi p adulterio, illa tamen regula qd̄ mulier admittatur, regulariter non inducitur a contrario sensu sed p supponitur probari per alia iura: quia edictū de testibus est prohibitorum certarū personarum, z omnes admittuntur qui nō sunt prohibiti, vt not. in l. i. ff. de testi. z dū specialiter damnata prohibetur, ergo a contrario sensu non damnata non prohibetur, bene hōe sequitur, sed nō sequitur qd̄ a contrario sensu hoc disponatur in illa prohibitione speciali de damnata de adulterio: t̄ quia iducta ad prohibitonem non debet operari contraria. l. legata inutiliter, de leg. i. z latins declarauit in d. l. i. z gratia breuitatis vterius non insisto, z applicando ista ad casum nostrum dico qd̄ nō est tractandum de argu. a contrario sensu ita qd̄ noua dispositio in contrario sensu inducatur: quia in contrario sensu, nihil noui inducit, vt supra dixi: z ideo cum statutum de quo agitur in exclusione mulierū loquatur de natis ex legitimo matrimonio, ergo si nō sunt nati ex legitimo matrimonio statutum non videtur habere locū a contrario sensu limitato z restricto precise ad verba que habent in directo sensu per supradicta, ex quibus indubitate mīhi videntur sublatum esse dubiū qd̄ supra positiū fuit, z si causa esset mīhi cōmissa, z aliquid non obstat et constantia in oīta iudicare. T̄ do stremo t̄ non obstat quedam scriptura in qua designatur testamentū Joānis bardis, quia illa scriptura nihil probat, quia in illa dicitur. del testamento che io voglio fare, z sic nō disponit, sed video quedā preparatio futuri testamenti ex qua preparatione nō probatur testamentū, vt tradit Oldra. in consi. cxix. tit. ins. condidit testamento. z hoc plura induxi in simili casu in testamento ad pias causas in consi. clx. casus qui pponit, z si erit opus hoc plenius poterit demonstrari. Laus Deo.

## Summarium.

1. Testamentū cum triū testiū presentia nūquid fieri possit.
2. Testamentū sine presentia quinq̄ testiū non valet.
3. Testes per eundem sermonem premeditatum deponentes dicuntur suspecti z eis minus creditur.
4. Valet statutum quod extantibus masculis femine non succedant.
5. Statutum quod extantibus filiis masculis filia non succedat an existente unico filio filia excludatur.
6. Casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris cōmūnū.
7. Dictrum in pluribus locum habet in uno quādō est eadem ratio.
8. Filla exclusa a statuto perpetuo exculsa videtur.
9. Filla que excluditur ab hereditate patris existente masculo non prohibetur succedere fratri suo qui hereditatem adiuit.
10. Successio abintestate extante testamento cessat.
11. In testamento inter liberos duo testes sufficiunt.
12. Dispositio specialis non tollitur a lege generali que postea similem facta est.
13. Inducta ad unum finem non debent contrarium operari.
14. Filie vbi extantibus masculis excluduntur si testator facit similiter mentionem de filiis intelligitur de masculis z filie non comprehenduntur.
15. Pactum de commodando deponendo vel mutuando, non est cōmodatum depositum vel mutuum.

## Consilium. cccccvij.

**D**iuino iplozato p̄sidio. In casu in quo dubitari cōtingit in ciuitate Firmi primo queritur an probetur sufficienter testamentū ex dictis triū testiū qui inducuntur. Secundo an in tali testamento comprehendantur non solum filius masculus Marchetus sed etiā tres filie sorores dicti Marcheti. t̄ Circa primum: p̄ma facie videntur dicendum testamentum nō valere: quia testes quinq̄ masculi ex forma statuti in testamentis requiruntur, z nō est dubitandum de

- validitate statuti: quia magis cōmūnū op̄ est qd̄ valeat testame tum, vt dicit Alex. in l. si non speciali. col. i. C. de testa. t̄ cum ergo quinq̄ testes sīm statutum necessariū sint si unus deficit nō valeat testamento.
- l. si unus. C. de testa, z tres testes qui deponunt prote ditatū videntur deponere quo casu dicuntur suspectitomē sub orationis z eis minus creditur. l. i. h. i. ff. de testa. abi. vñ. eundē premeditatum sermonem attulerunt. z not. Spec. ant. de teste. s. j. in ver. item qd̄ testes. z not. Alex. in cōsili. cx. ponderatis narratis in themate. co. pe. lib. v. Predictis tamē non obstantibus contra rium de iure esse arbitror, videlicet qd̄ bona omnia de quib⁹ agi tur spectent, z pertineant ad Gabrielam vnicam filiā dicti Mar cheti sive abintestate sive ex testamento p̄mō primo casu abintesta to hoc clarū videtur: quia cum Perotinus pater dicti Marcheti z filiarū decesserit superstite dicto Marcheto solo masculo, z tri bns filiabus ipse Marchetas fuit heres solus exclusis filiabus
4. virtute statuti t̄ quo filie excludunt extantibus masculis de cuius statuti validitate nō est dubitandum quia iustificatione factum videtur, vt bona in agnatione conserventur, vt not. per Ly. in l. i. C. de adul. z ibi Albe. de rosa. in ver. ultimo induc. t. z tradit. Joā. an. in addi. Spec. in rub. de success. abintest. in ver. est sciendū. Auge. in consili. lxxvij. Martinus Joā. de Florētia. cum sum. que nota sunt. z diri in l. i. i. C. de in ius voc. nō obstat qd̄ statutū loquatur in numero plurali ibi non succedat abintestate existē. ib⁹ masculis, z non videtur verificari in unico masculo. l. vbi numerus. ff. de testi. z ideo dixit in proposito Maria. Soci. in c. super eo. de cōdi. appo. col. xrii. vt refert Feli. in c. omnes leges. i. dist. col. i. in s. t̄ qd̄ dictante statuto prout in casu nostro qd̄ extantibus filiis masculis filia nō succedat unus filius masculus non excludit feminā: quia statutum loquitur in plurali, z cum sit correctiorū z odie suū non debet extendi. l. maximum vitum. C. de libe. preteri, t̄ quia casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris cōmūnū. l. si cum dotem. in prin. ff. solu. mat. z dicti Maria. in d. super eo. seita vi. disse consultū, nō tamen dicit se cōsuluisse, z talis decisiō mīhi nō videtur vera: quia ratio cōseruandae agnati. is que in tali statuto consideratur, vt supradictum est: ita videtur habere locū in uno si cut in pluribus, t̄ quādō est eadem ratiō in uno que in pluribus qd̄ dicitur de pluribus habet locū in uno, vt not. Paul. de ca. in l. i. per illum ter. C. de condi. inser. z in simili casu tradit Ubrian cōsili. lxx. casus quidā Ray. de tholom. in. y. col. in ver. venio ad secūdū dubium. lib. ii. cum sum. vt late diri in consili. quia verba testame ti. t̄ rete ita ista cōclusione que videtur verissima qd̄ stante statuto exclusio feminārum quod vnicus filius masculus excludat feminas infertur qd̄ in isto casu Marchetus excludit tres suas sorores z talis exclusio perpetua esse intelligitur: quia vt no. Bal. per illū ter. in ver. not. etiam. de si. na. ex matri. ad mōg. contrac. semel ab alio exclusus etiā illo mortuo exclusus videtur, vt in terminis de filia exculsa per masculum no. idem Bal. in c. i. s. in tit. cōsilio. vel abba. z in l. in quibus col. i. z in aūf. sed z si quis. C. de secūdū. nup. z no. Maria. in cōsili. v. presens consultatio. Alex. in consili. lxxvij. accurate. lib. vi. z diri in consili. lxxvij. pro resolutione. in prin. z ita in casu isto, vt narratur obseruatū fuit: quia Marchetus filius masculus Perotij post mortē dicti sui patris adiuit seu se immiscit hereditati patris z pro viuēs filii herede se gestū pacifice z quiete tōto tēpore vite sue per annos. xx. z ultra dictis suis sorori bus sc̄tēbus z nō contradi. entibus: qd̄ nuptē z dotate fuerūt per ipsum Marchetum earū fratrem z tacite z contente fuerūt dotibus earum z non molestauerunt Marchetum fratres super hereditate paterna viuēt Marcheto z cū dictus Marchet⁹ decesserit relicta vnicā filia Gabriela ad ipsā heredē abintestate omnia iura z bona sui patris Marcheti spectare z pertinere videntur qd̄ prima causa est liberorū. aut. in successiōe. C. de suis z legiti. s. i. an aut. de heredi. abinte. vniē. nam non est tractandum de hereditate Marchetus ad quam sue filie sorores Marchetus aspirare videntur: qd̄ ex eo qd̄ Marchetus fili⁹ se immiscuit hereditati patris Perotij desinit esse hereditas Perotij: z incipit esse patrimonium dicti Marcheti qui adiuit seu se immiscuit, vt no. Bart. in l. i. in prin. z in fi. i. q. ff. ad tertul. vbi inquit qd̄ adiuta hereditate per filiū mortuū patre non est amplius tractandum de hereditate patris, t̄n de filia que excluditur ab hereditate patris existente masculo nō prohibetur succedere fratri suo qui hereditatem adiuit: quia non agitur de hereditate patris, z hoc tradit Eng. in cōsili. li. dominus. in l. i. s. veteres. col. ii. ante. ff. de acqui. pos. z idē Ro. in cōsili. clvij. circa primū quo querit. in prin. z idē Ro. in cōsili. rl. riso z cōsiderato. ins. do. dubio. cū s. vt diri in consili. cclvij. ad exclusionē. Marie. in prin. z sic patet qd̄ abintestate filie dicti Perotij exculse fuerūt propter super existentiā Marcheti, sed dubium facit: qd̄ nō videtur tractandum de successione abintestate in bonis seu in hereditate dicti Perotij: qd̄ dicitur qd̄ fecit testamentū coram tribus testibus,
10. t̄n de stante testamēto cessat abintestate successio. l. quandiu. ff. de acquir.

acqui.here.in.l.quādiu.ss.de reg.iur.Mō obstat qd tres testes de iure cōmuni nō sufficiūt:q; septem requiruntur.l.hac consultissi ma.C.de testa.z in.S.f.iinsti.de testa.zer forma statuti in loco qnq; testes sunt necessary:quia ad hoc respondetur primo quantū ad ius cōmune qd hic de iure cōmuni duo testes sufficiūt: fqr agitur de testamento facto inter liberos quo casu etiam duo testes sufficiunt:vt not.Bar.z doct.cōmuniter in.l.hac cōsultissima.S.ex im perfecto.C.de testa.zhoc etiā si essent due feminine,vt not.per gloss. in ant.quod sine.C.de testa.z inter liberos nō debēt testes esse ero gati fin glos.an.l.fin.i ver.excepto testamento.C.de codicil. Er hoc enā respondetur ad statutū a quo requiruntur:quinq; testes: quia illud statutū nō videtur habere locum in testamēto facto in ter liberos,zad hoc facit: fqua dispositio specialis non tollitur a generali lege que postea simpliciter facta sit i contrarium.l.iiij.C. de silen.lib.riij.z not.Bal.in.c.j.col.pe.in ver pone princeps.de re lcrip.in.l.dotalē.in fi.ss.detesta.mili.z facit qd not.Bal.in.l.si que ram? ss.de testa.vbi inquit si statutum dicit qd valeat testamēto coram quinq; testibus tale statutum non intelligitur in testamēto ceciī quo data est specialis forma,pariter idē videtur in testamen to inter liberos in quo est remissa solennitas iuris civilis,et hoc omnino videb̄ habere locum in tali statuto qd voluit restringere solennitatem iuris, z si tale statutum haberet locum in testamēto inter liberos augeretur solennitas iuris cōmuni si in testamento inter liberos quinq; testes deberent interuenire qd non est dicen dnm: fqua inducta ad vñi finem non debent operari contrariū. l.qd fauore.C.de legi.in.l.legata multilater,de lega.j.z ex his vi detur cōcludendum qd valeat testamēto inter liberos de quo agitur:quiatres testes qui inducuntur ad probādum testamētu videntur concordare, z bene deponere dum dicunt ad interrogatiōnem notarij testatorez dirisse,iovoglio che la robbia mia sia de miei figlioli, z sepius hoc replicauit, z in hoc videntur dicti testes in effectu concordare, z sufficit qd testes conueniant in substantia, vno.per glo.in.c.dudum.in verbo,substātia.de conuer.coniug. in.c.cū ecclēsia.in verbo, vacillasse.in fi.de causa pos.z proprie.z bene facit ter.in.l. qui sententiā.C.de penis.vbi Bald.cum fami.vt Elleran,tradit in consi.ciij.riso ac diligenter cōsiderato.col.s.lib. liij.z Joā.de ana.in consi.lxxv.visis z cōsideratis.in prin.z ita vi detur absolutū primum dubium qd sufficienter probatum sit testamēto inter liberos per supradicta. C Venio ad secundū dubius an in tali testamēto compre hēdantur filie feminine simul cūz Bar cheto filio masculo, z prima facie videbatur dicendum qd etiā filie videant vocate ex eo qd in plurali numero dixit z replicauit, alli miei figlioli deli miei figlioli, ad hoc enim, vt ista verba que sunt pluralis numeri verificari possint necessarium videtur qd filie includantur, ve in simili casu not.Bar.in.l.fi.ss.ad trebel. Sed in contrarium facit quia cum filie ab intestate excludantur existente masculo z Bar cheto, vt supradictum est: succedit no.decisio Pet. de ancha.in.l.tres fratres.ss.de pac.vbi inquit fquod vbi filie extā tibus masculis excluduntur in tali loco si testator facit simpliciter mentionem de filiis intelligitur de masculis filie non comprehendunt:quia earum conditio est diversa a masculis in succedendo propter statutum, z hoc dictum sequitur Ellerā.in.l.gallus.S.j.in fi.ss.de libe, z posthu, z in.l.heredes mei.S.cum ita.col.vij.ss.ad trebel, z idem Eller.in consi.crryij.riso testamento.lib.j.z idem Pet. de ancha.in consi.crry.visis z diligenter ruminatis.col.pe.in ver secundo principaliter, z Ellerā.in consi.cxix.riso processu.col.pe. lib.v.z ideo dum testator vocavit filios suos simpliciter solū filij masculi vocati videtur prout a statuto preferuntur, vt doct.tra dūt in locis supra allegatis:z cum reperiatur solus z Bar chetus ipse solus debet admitti exclusis filiabus, vt supradictū est. Mō obstat qd supradictum est de numero plurali:quia cum eadez ratio sit in uno que est in pluribus idē indicatur de uno qd de pluribus, vt supradixit:z cū toto tēpore vite z Bar cheti facite fuerint z contente sola dote nulla ratio suadet qd nōc debeat moneri cū per existentiam dicti z Bar cheti filij masculi perpetuo exclusi furent, vt supra dixi:rita breviter etiam secundū dubius expeditum sit. C Postremo de alio dubio extrinsec⁹ dubitari cōtingit ex eo quod Perotius pater dicti z Bar cheti iam sunt anni triginta, ve narratur dū esset minor: viginti annis se obligauit ex causa depositi cuiā domino Joanni foliano in florenis quingentis, z presupponitur nullam interuenisse actualē numerationem dictorū quin gentorum florenorum, z ita in puncto narratur, z hoc stante quod numeratio facta nō fuerit nō potest dici qd dictus Perotii obli gatus fuerit ex causa depositi:quia vt not.Bar.in.l.iurisgentiū.in prin.ss.de pac.qd sunt quidam cōtractus qui re contrahuntur, vt depositū cōmodatum z mutuum, z tales contractus non habent nomen nisi a re ipsa facta erexitōe, z ideo pactum de cōmodando deponendo vel mutuando nō est cōmodatū depositum nec mutuū, vt Bart.dicit in.d.l.iurisgentiū.in prin.ad idem facit ter. in.l.si tibi decem.ss.de pac.vbi dicitur qd si dedi decem millia cuz pacto qd viginti millia debeantur obligatio nō nascit ylra decē

millia:qua obligatio re cōtrahi nō potest nisi quatenus datū sit, vnde si decē dedero vt vndecim habeā, Proculus putat ap̄pliū qd decem cōdici nō posse, vt est ter.i.l.rogasti.S.si tibi.ss.cer.pe. z idē est in distributionibus quotidianis, vt dixi in consi.cclxxi.in casu proposito, z ideo cū i instrumēto depositi de quo agitur rea lis numeratio, vt in puncto dicitur non interuenit tale instrumētu in quo in effectu confessio sola depositi continetur nō debet habe re locū, z hoc secundo principaliter probatur,qua contractus factus a minore.xrv.annis per statutum annullatur non seruata for ma statuti que in casu isto non interuenit, z ideo in tali contractu nullo modo fundamētu fieri non potest, nec in isto casu dicēdū est qd propter longitudinē tēporis presumatur solēnitatē statuti interuenisse:iuxta not.in.l.si filius.C.de peti.here.z in.l qui aliena. in prin.ss.de acqui here.in.c.illud de presumpt.qr illa p̄suptio an tiquitatis tollit ex productiōe instrumēti in quo cōstat non interuenisse solēnitatē requisita a statuto vt in simili casu tradit Pau de cast.in consi.xliij.in casu vertitur.col.v. Laus Deo.

**Consilium. cccccxxvij.**

Quod vni ex fratribus acquiritur non cōmunicatur alijs nisi tacita societas iter eos contracta sit, z quid cōputetur in legitima, z quando frater expensas factas in domo repetere possit.

**Summarium.**

- 1 Bona que ex proprijs labouibus acquiruntur fratribus comunicari non debent.
- 2 Emptor in du bio proprijs de pecunij emisse videtur.
- 3 Societas inter fratres quando tacite contracta esse dicatur,
- 4 Voluntas ex facto declaratur.
- 5 In legitima quid computari debeat.
- 6 Frater an z quādo expensas factas in domo repetere possit.
- 7 In dubio expensas factas p fratre videtur animo repetendi fieri.
- 8 Frater qui redimit fratrem suum ab hostiis captiuū exponēdo pecunias animo repetendi fecisse videtur
- 9 Prima causa successionis est liberorum.

**Junio iplorato p̄sidio.**

**O**n casu de quo queritur agam paucis:qua res nō videtur habere difficultates s̄ ea que proponuntur mo re Scenoleuris consulti. Primo enim z principaliter querit an Gabriel de bellano si viueret possit aliquid petere de bonis que frater eius Petrus Antonius de bellano acquisiuit in territorio Janue, z concludendū est qd nō: fqua illa bona que ex proprijs laboribus acquiruntur fratribus cōmunicari non debent.l.cū oportet.in prin.C.de bo.que.lib.z cōclusio ista de plano procedit, quia acquisitio non fuit facta nominadicti Gabrieles sed soluz nomine p̄prio dicti Petri Antonij, z sic non obstat qd not.Bar.in l.si patruis.C.cōmu.vtriusq; ind.vbi in.j.col.concludit qd si quis emit cōmuni nomine res erit cōmuni illo ratificatē.l.si ergo.ss.de nego.gest.z de isto casu non agitur in proposito:qr emptio fuit facta proprio nomine dicti Petri Antonij z in dubio etiā presumit facta nomine proprio, vt dicit Barto.in.d.l.si patruis.per.l.z magis.de solu.z idem Bar.in.l.citium.S.altero.col.ij.ss.de admini tuto,imo qd pl̄ est etiā si emptio facta fuisse cōmuni nomine cū dicto Gabriele ipse Petrus Antonij qui emit posset repetere partē pretij: fqua in dubio videtur ille qui emit de proprijs pecunij emisse, vt not.Bart.per illū ter.in.l.cū proponas.C.pro so. z tradit Roma.in cōsi.ij.viso themate.Abb.in consi.ccclxij.tria mibi.in tertio dubio.lib.ij.Eller.in cōsi.lxxvij.discussis his.lib.ij. z cōclusioni supradicte nō obstat qd predicti fratres Petrus Antonius z Gabriel prius in patria simul viuerūt, z paternam hereditatem indiuisam retinuerūt:qua hoc non facit qd dictus Petrus Antonius debeat cōmunicare ea que ipse aliude acquisuit, vt est ter.in.l.cū duobus.S.si fratres.ss.prosoc.vbi dicitur fratres parētū hereditates indiuisas ideo retinuerunt, vt damnum z emolumētum in hiscōmune sentirent qd aliunde quiescerūt in cōmune redigent z facit ter.in.l.ex parte.S.filius.ss.familihereditate.z not.Abb.in cōsi.lxxv.attingam brevissime in prin.lib.j.vbi alleg ter.in.d.S.si fratres.z idem R.o.in consi.xlii.ad primū quiescētū in prin.z in cōsi.cxxij.in casu proposito consultationis. Jo.de ana.in consi.lxxv.viso puncto. fquod hoc qd dictū est intelligitur, z procedit nisi esset inter fratres contracta societas tacita omniū bonoz quo casu omnia inter eos deberēt cōmunicare:iuxta no.per.Bar.in.d.l.titū.S.altero.z in.d.l.si patruis.cū simi.Sz hoc in casu isto nō est dicendū:qr talis societas nullo modo cōtracta videbāt in tali societate multa regrū que nō interuenierūt:tria enim p̄cipue sunt requisita in dicta societate s̄ Bar.post Old.in.d.S.altero.primo qd post morē patris simul viuerint cum hereditate patris indiuisa:secundo qd omnia lucra adiuvicē cōmunicauerint:tertio qd ad finicē inter eos rationes nō rediderint, z tradit Pet.de ancha.in cōsi.cxxix.plura dubia.in prin.z in cōsi.cccij.materia de qua q̄rit in prin.Bal.in.l.j.C qui test.fa.pos.col.j.ver.extra querit hic Old.

# Quinta pars Consi. Do. Philip. decij.

¶ Ange. in consi. cr. ii. bona acquisita. col. i. vbi magistraliter ticit qd̄ societas dupliciter cōtrahitur, uno modo expresse, et tūc cōtracta videtur sup eo qd̄ verborū rigor designat. l. v. ff. p. loc. alio modo tacite per consensum verbis simplicibus vel factis declaratū. l. iii. ff. pro soc. vnde infert qd̄ quando fratres ī. cōmuni hereditate remāserūt cōmuniter et fructus omnes in cōmuni poluerūt et quēstus et lucra simul participauerunt et onera cōmuniter sustinuerūt et rebus emptis cōmuniter vbi sunt cōtracta societas tacite videſ, et idē late probat R. cōsi. ccr. cū isti fratres. in. prin. E. nt. de bu. in cōsi. lxxij. prouidet. sed ista in casu proposito nō iteruenerūt, ideo non potest dici qd̄ inter eos contracta fuerit societas qd̄ dīa si mul nō habitauerūt, et lucra ad inuicē non cōmunicauerūt, et qd̄. d. Petrus Antonius se absentauit, et in alia p. onunciam se cōtulit, vnde cum essent indiuersis prouincijs et inter eos nulla facta sit lucrorū cōmunicatio licet cōmunē hereditatē indiuersam retinerēt etiam non videſ cōtracta societas, ita cōcludit Pet. de ancha. in cōsi. xxxj. qd̄ questio modicā. vbi loquit̄ inter eos qui erant in diuersis prouincijs et inter eos nulla lucrorū facta cōmunicatio concludit nō esse cōtractam societatem, qd̄ casus modicā aut nulla habet dubitationē. Prieterea etiā dato qd̄ i aliquo effet facta cōmunicatio et contracta societas inter eos qd̄ omnino negat talis locetas effet limitata ī eo dūtarat in quo cōmunicatio facta fuisset, vt not. Bart. in. l. i. s. si quis hoc interdicto. in. fi. ff. de iti. actus primus. vnde si fratres cōmunicat fructus hereditatis cōmuni in illis tātum, videtur cōtracta societas, et nō in emptionib. factis ab ipsis fratribus eorū nomine proprio: qd̄ act? volūtarij nō extenduntur ulterius qd̄ ex ipsis actib. inferat. l. fi. C. ne vror. p. ma. et no. Bar. in. d. l. titi. s. altero. in. fi. et in. d. l. si patruus. Ange. in cōsi. lxxxv. ex themate predicto. in. fi. et hoc probat R. o. qui plura iramducit. in d. consi. ccr. col. i. j. in versi. sed successiue. et inter alia alleg. tex. in. l. cū duobus. s. cū duo. ff. pro soc. et bene facit qd̄ not. Saly. in. d. l. si patruus. col. fi. vbi inquit qd̄ si duo fratres habent bona cōmunita et alter durit vrorē, et in dotem habuit fundum et in cōmuni ponit fructus, alter vero est aduocatus, et qd̄ lucratur et aduocatiē ponit in cōmuni, concludit qd̄ cōmunicatio fructuū et lucrorū non inducit cōmunionem ī proprietate nec ī capitali. alle. gat ter. in. d. l. cū duobus. s. si fratres. et c. i. de fra. de no. benefi. inuesti. et hoc dictum sequit Alex. in consi. xlviij. diligenter perspectis. lib. i. j. vbi illud comprobatur: quia ī tali societate tacita ex facto volūtas contemplatur: f. qd̄ etiā ex facto volūtas declaratur. l. paulus respondeſ. ff. rem ra. habe. sed ex cōmunicatione fructum non infert ad cōmunicationē fundi ex quo fructus percipiuntur: qd̄ non probat hoc esse qd̄ ad hoc contingit abesse. l. non hoc. C. vnde legi. c. in. p. sentia. de proba. ista tamē dicta sunt ex abundāti; quia non fuit in casu isto facta cōmunicatio nisi forte in fructibus cōmuni hereditatis indiuise ex quibus nō infertur societas tacita omnii bonorum, vt supradictū est: et sc̄ ex omnibus supradictis indubitate cōcludendū est nullo modo in casu proposito societate omnii bonorum contractā fuisse, et cōsequenter qd̄ bona acquisita per dictum Petrum Antonium sibitantū acquisita sint, et nullo modo essent cōmunicāda Gabrieli eius fratri si viueret, et cōsequēter nec eius heredibus, ita proculdūbio cōcludendū est. ¶ Secūdo querit de iuribus cōpetētibus Santine filie dicti Gabrieli qui dictū Petrum Antoniū suū fratrem heredē instituit, et stante testamento legitimo vt narratur: quia nō vidi saltē in legitima videtur sibi ius competere, et ī tali legitima debet cōputari dos que sibi data fuit a patre. l. quoniā nouella. C. de ioffi. testa. et facit tex. in. l. omnimo. do. s. imputari. eo. ti. C. de inoffi. testa. cum simi. vt tradit Alex. in cōsi. xxi. vlo. testamēto. lib. iij. et in cōsi. xxvij. videretur prima cōsideratione. lib. v. et in cōsi. cxvij. vlo. titu. q. lib. vi. vbi col. fi. cōcludit qd̄ vestes coſſani et apparatus dati filie quādo nupſit debēt illi in legitimā imputari, et idē Alex. in consi. xxvij. lib. v. col. fi. vbi idem dicit de bonis paraphernalibus et de iocalibus qd̄ omnia in legitimā imputantur: et idē Alex. in consi. clvij. lib. vi. et videtur idē consi. repetitū, et facit qd̄ no. Bar. in. l. in quartam. col. v. in ver. venio ad quartā. ff. ad. l. fal. et cum supradictis tam in dote qd̄ in iocalibus seu ornamentis qd̄ debēat in legitimā filie imputari concordat Pau. de cast. in cōsi. cr. si dicta Cornelia illegitima dicte Santine cū sit sola est tertia pars bonorū patris. aut. nonissima. C. de inoffi. te. vbi dicitur qd̄ si quatuor sint filii vel pauciores triēs est eorum legitima, si plures semis illis debetur, et no. Ange. in cōsi. cl. vlo. themate, in. fi. in cōsi. clvij. pro clariori. col. j. Fulgo. in consi. xxvij. statē statuto. Aret. in cōsi. ix. ex facto proponit. col. j. ¶ Tertiō querit an Petrus Antonius possit repeteſ expēſas et pecunias quas exposuit pro fratre et in domo communis; et in hoc considerandū est qd̄ si expense facte sint in alimētis familie repeti non possunt: quia videntur facte intuisti pietatis, vt no. Bar. in. l. certum. col. fi. versi. vltierius queri potest. C. fami. herc. vbi cōcludit qd̄ quādo frater de suis lucris alimētavit totā familiā videt et intuisti pietatis et naturalis obsequiū illas fecisse, et repeti non posunt. ar. l. nesennius. ff. de neg. gest. et est bonus tex. in. l. ex duobus.

s. fi. ff. de ne. gest. vbi dicitur qd̄ si Titius pietatis respectu aliuit filiam sororis cōtra eam nō habet actionē, ad idē ter. in. l. i. in. fi. in. l. si paterno. C. de nego. gest. facit ter. in. l. i. s. qui amicitia. ff. de nego. gest. cum simi. vt tradit Alex. in cōsi. cr. videref prima cōsideratio ne. lib. vij. si vero expense facte sint ab ipso Petro Antonio extra causam alimētorū repeti possunt: quia in dubio fēpēla que fit p. fratre videtur fieri animo repētēdīglo. in. d. l. si paterno. et bona pro sorore in soluendis tributis pro ea: et Pau. de ca. ibi hoc dicit qd̄ in fratre ſuum ab hostibus captū exponēdo pecunias videſ anti mit fratre ſuum ab hostibus captū exponēdo pecunias videſ anti de fratre. C. de capti. et idem Bald. dicit nisi agatur de preſtatione alimētorū, vt not. Bal. in. auf. si capti. col. fi. ver. extra quero. C. ſpōſitio facta de liberis et parētibus non habet locū in fratribus. l. iij. s. liberis. ff. de le. preſtan. facit ter. in. s. inter eas. inſti. de nup. Quarto et ultimo querit de bonis maternis ſpectantib. ad dictā Santinam in hoc nō est dubitādū: qd̄ mater deceſſit relictā dictā Santina et filio masculo quibus duobus filijs delata fuit hereditas materna: f. qd̄ prima cauſa ſuſceſſionis est filiorū. in. auf. in ſuſceſſione. C. de ſuis et legi. in. s. i. in. auf. de here. abintest. veni. l. inter filios. C. fami. herc. in. l. si auus. C. vnde libe. et cū poſteā filius masculus mortuus sit ad eius ſuſceſſionem vocati ſunt pater pro parte dimidia dicta Santina ſoror pro alia dimidia cū effet ſoror ex vtroq. latere, vt est ter. in. auf. defuncto. C. ad tertū. ſecus ſi ex vno latere tantum fuisset. d. auf. defuncto. et tradit Bened. Capra in consi. cr. cum preſupponit. et in hoc non est laborandū: quia re clara videtur. Laus Deo.

## Consilium. ccccccix.

Cōnatiō facta sub conditione non impleta conditione nō habet locum, et conditiō diuisionis videtur impleta ab eo per quem non ſtat quominus diuifio ſiat.

## Summarium.

- 1 Dispositio conditionalis cēſſat non impleta conditione.
- 2 Conditionale ſi in iudicio deducitur conditiō debet liquidaſ ſi qd̄ impleta ſit.
- 3 Negatina probari debet quando eſt fundamentū intentionis.
- 4 Puri et purificati idem eſt iudicium.
- 5 Adens et intentio contrahentium in contractib. attenditūr.
- 6 Diuifio ſit de re communi.
- 7 Aerba ſi ſubiectam materiam etiam imp̄roprie accipiuntur.

**D**uiño iplorato pſidio. In occurrenti caſu exordiri licet more iure cōſulti in. tres fratres. ff. de pac. tres fratres Frāciscus. Pet. et Elizabeth de auedutis ſenēles inter ſe cōmūnem hereditatē habuerūt, et cum effet differentia inter dictum Franciscū et Petru et dicta Elizabeth deſideraret qd̄ talis cōtrouerſia terminaretur et in hac re opportunum effet remedium ſi diuifio inter dictos Frāciscum et Petrum facta fuisset: et quia forte dicitur Petrus ad tale diuifionē dicta Elizabeth donavit omnia et ſingula bona que obueniūt ſibi in parte dicto Frācisco ſuo fratri caſu quo dictus Petrus alter eius frater non diuifat dicta bona cōmūnia intra octo dies a die notificationis eidē facete a dicto Frācisco, et ſic ex verbis contractus appetet donationem factā effeſ ſub conditione ſi Petrus non diuifat intra octo dies, niſi ergo cōditio impleta ſit donatione ſi Petrus nō debet habere locū: et quia diſpositio conditionalis cēſſat non impleta cōditione. l. cedere diem. ff. de verb. ſigni. in. l. hec vediſio. in. prin. ff. de contrabē. emp. l. neſſario. in. p̄ncip. ff. de per. et cōmo. rei. vediſio. f. nam quando aliquid conditionalē deductur in iudicio debet cōditio liquidari qd̄ impleta ſit, vt no. Bal. in. l. ſi qui dem. col. fi. per illū tex. in. ver. extitiffe. C. de er. cep. alleg. tex. in. l. hoc iure. ff. de verb. obli. ad idē ter. in. l. ita ſi p̄ſuplatus. s. qd̄ ſi ab initio. ff. de verb. obli. et cum iſta cōditio ſit negatina ſi Petrus non diuifat, videndū eſt cui incumbat onus probandi dictā cōditionē impletā fuſſe, et videſ qd̄ ad ipsum Franciscum donatarū pertinet probare cū ipſe fundetur in ipſo iſtrumento donationis: et quando negatina eſt fundamentū intentionis debet probari ſim regulā quam ponit Bar. in. l. hoc iure. col. iij. versi. do. regulam. de verbo. oblig. et not. Bar. per illū tex. in. l. p. e. ſ. docere. ff. ne quis ei. Domi. de sancto Gemi. per illū tex. in. c. i. in. lectūdo no. de confel. in. vi. cū ſimil. vt tradit Alex. in. d. l. hoc iure. quam legit ſimul cuſi. l. in illa. de verb. obli. col. iij. et in no. caſu tradit Pet. de ancha. in cōsi. cclvij. ſuper primo queſito. in. prin. et Cardi. in. cōsi. ccl. ſeſpondeſ. ad premissa dubia. col. pe. in. ver. ad aliud. de negatina eſt ergo videndū an pro parte dicti Francisci agentis probata ſit dicta negatina, et videbatur prima facie dicendū qd̄ ſic: quia dictus Frāciscus notificauit dicto Petru tenorem dicte donationis prout in dicta donatione requiritur et post dictam notificationē elapsi ſunt octo dies.

octo dies, et quod plures alij, ergo videtur constare quod divisionis dictio non fecit divisionem intra octo dies, et hoc etiam constare videtur ex eo quod dictus petrus obtulit se facturum divisionem unde videfier non esse factam divisionem, et sic dicta negativa videtur probata per confessionem aduersarij, ut est ter. in. c. i. de confess. in. vi. et cum codicito donationis purificata sit donatio remanet pura: quod puri et purificati idem est iudicium. l. f. s. j. ff. de vulg. et pup. l. s. p. i. p. illus. f. de condi. insti. His tam non obstantibus contrarium de iure esse arbitror, videlicet quod conditio dicte donationis non fuerit impleta et per consequens quod dicta donatio non debeat habere locum in preiudicium dicti Petri. Et pro fundamento premiten-  
duz est primo quod etiam in contractibus mens et intentio partium attenditur. l. in conventionibus. ff. de verbis signi. l. promittendo. in priu. ff. deiture dot. l. f. C. que res pig. et not. per glo. pe. in. l. f. in ven-  
ditione. ff. commu. pred. in. l. blanditus. C. de fidei. et Pau. de ca.  
in consi. r. l. tria sunt col. ii. Secundo premitendu est pro intellige-  
tia conditionis apposite in donatiōe si Petrus non dividat: nam  
divisionis sit de re communis. l. magis puto. g. f. cum. l. seq. ff. de reb. eo.  
et talis divisionis debet fieri de consensu virtutis eorum qui rem ha-  
bent communem, et in re communi non potest unus altero inuitu ali-  
quid facere. l. sabitus. ff. communis diuin. in regula, in re communi. de  
regu. iur. in. vi. et ideo non poterat Petrus solus divisionem face-  
re. His premissis considerandu est quod Elizabeth que fecit dona-  
tionem habuit bonam metem, ut eius fratres viueret pacifice, et  
ipsa in donatione attestatur, et huius rei ut dixi, est opportunum re-  
medium quod res communis diuidatur: quia communio solet induce  
re discordias in. cū pater. g. dulcissimis. in. f. de leg. ii. l. sancimus.  
g. sinantem in auro. C. de dona. in. l. re communis. ff. de ser. yrba. pred.  
not. in. l. ij. C. quando et quibus quar. pars debe. lib. x. vbi dicitur quod  
illud quod est communis negligitur, et ideo expedit a communione disce-  
dere. et tibi dicit Joā. de pla. et quod forte Petrus nollebat diuidere,  
ut ad divisiones induceretur fuit facta illa donatio cōminatoria  
casu quo Petrus non dividat intra octo dies dicta Elizabeth do-  
nauit dicto Francisco, ex quo constare videtur quod dicta Elizabeth  
non habuit animū donādi: quia ex tali donatione alter frater Pe-  
trus merito indignatus fuisset. l. cuz oportet. g. f. C. de bo. que lib.  
et hoc fuisset contra intentionē. d. Elizabeth que virtus fratris equa-  
li benivolētia prosequebatur: sed predicta donatio fuit facta ioliū  
ad istum finē, ut petrus induceretur ad divisionem cū donatio  
facta sit. d. Frācisico calu quo Petrus non dividat intra octo dies,  
et in ista conditione aduertendu est: quia a solo Petro non poterat  
divisionis fieri ut supra dixi: unde implere illam conditionem ut ver-  
ba sonat non erat in potestate Petri sed etiam voluntas Franci-  
sci requirebatur verum: quia constabat Franciscū velle diuidere  
et solus Petrus reculabat facta fuit donatio casu quo Petrus non  
diuidat, et illaverba non diuidat, resoluuntur in effectu si per ipsum  
Petrum. steterit quod minus fiat divisionis: quod a solo Petro ut dixi,  
divisionis fieri non potuisset: et quia verba etiam in propriez sub-  
iectam materiam accipiuntur. l. syno. in. prin. vbi Barto. ff. loca. l.  
insulam. ff. de prescrip. verb. l. si olei. C. loca. vbi Bar. insi. dicta ver-  
ba non diuidat, intelliguntur casu quo ipse impedit divisiones,  
et stet per eum quoniam fiat divisionis nec aliter intelligi potest. C. So-  
lum ergo superest videre an in casu isto steterit per ipsum Petru-  
m quod non fecerit divisionem, et breuiter indubitanter concludendum  
est quod non: quia ut constat in processu dictus Petrus die. xxiiij.  
Junij habita notitia dicte donationis obtulit seperatum facere ta-  
lem divisionem, et non intendit incurrere aliquid preiudicium, et  
propter hoc presentavit duas scriptas divisiones, et illas apud cui-  
lam dimisit et concessit dicto Francisco, ut alterā acciperet, et ipse  
Petrus alterā retineret, et petiūt predicta denuntiari, et notifica-  
ti dicto domino Francisco videtur ex tali oblatione manifeste co-  
stare non stetisse per ipsum Petrum quoniam facta sit divisionis: er-  
go videtur quod illa conditio casu quo Petrus non dividat habeat  
pro impleta, et sic divisionis facta reputatur per regulam que ha-  
betur in. l. iur. ciuili. ff. de regu. iur. in. l. iur. ciuili. ff. de codi. et  
demon. z. in. regula. cum stat per eum. ff. de regu. iur. in. vi. facit ter.  
in. l. labeo scribit si misi bibliothecam in. f. de contraben. empt. in  
l. sed addes. g. f. in. l. qui operas. ff. loca. l. in executione. g. f. de ver.  
oblig. in. l. j. C. de insti. et substi. et ista regula locum habet in ultimis  
voluntatis, et in contractibus. d. l. in. iur. ciuili. et idem in statuto,  
si enim statutum tribuit salarium iudici proficienti sententiā si non  
stat per indicem, et ita protestetur salarium sibi debetur, ut Roma.  
concludit in consi. lxxv. euidenter ostenditur. idem Ro. in. col.  
ccccxiiij. In eo in quo queritur. col. f. ver. quoad tertiu. Par-  
ter in casu isto dicendu est quod cum per Petru non steterit quoniam  
non divisionis facta fuerit: quia obtulit seperatum facere divisionem et  
dederit scriptas duas in quibus erat divisionis facta et dedit electio,  
nem dicto Francisco ut eligeret parte quam vellet quantum ad plus  
Petru divisionis facta videtur vel per facta habetur ex quo per ipsum  
non stetit per supradicta, et ex hac conclusione infertur quod codicito

negativa donationis non sit verificata ex quo fuit facta divisionis  
mediatis illis scriptis vel saltem habetur pro impleta: quia per  
ipsum Petrum non stetit per supradicta. Et certe conclusio ista clara  
videtur sum intentiōem ipsius donatricis que verisimiliter vo-  
luit prout debet seruare equalitatem inter suos fratres, et illa do-  
nationem, et cum ipse paratus sit facere divisionem sat factum fuit in  
tentioni donatricis, et cum dictus Petrus mādauerit hoc notifi-  
cari dicto Francisco cessat illud quod non. Bal. in. l. eos. g. apostolos  
ver. quero nunquid. C. de appell. co. i. Alex. in consi. xxxiiij. vilo the-  
mate. col. f. lib. j. cum simi. ut dixi in consi. xxxix. iuridicam esse ar-  
bitror. in. princ. quia hic videtur facta notificatio: et quia illud di-  
ctum Bal. fundatur in fraude que in illo casu presumitur, que lu-  
spicio fraudis in casu isto non cadit. Et ex omnibus supradictis  
concludo donationem de qua agitur non habere locum per ius  
pradicata.

Laus Deo.

**Consilium.ccccccxxx.**  
**C**landum ratificatum debet obseruari non obstante testamento  
in quo pars fuit presens, et presentia arguit scientiam.

**Summarium.**

1. Compromissum est quedam transactio.
2. Partes contra laudum approbatum contravenire non possunt.
3. Transactio non potest pretetu instrumenti de novo reperti retractari.
4. Jura laborant ut litibus finis imponatur.
5. Presentia arguit et probat scientiam et intelligentiam eorum que in presentia gesta sunt.
6. Pro verbis notarii presumitur.
7. Sufficit testem reddere causam per actum proximum usque scientie licet non reddit per actum unum mediatum.
8. Presens quis non diceretur nisi sciret et intelligeret.
9. Opinio communis non attenditur quando contraria melioribus rationibus est fundata.

**D**uino iprorato p̄sidio.  
In causa que reuocatur in dubiis inter Lazarū Eno-  
toniū Petri cicli de tēdula p̄ una parte, et Petrum  
magistri Venturini de tendula, et fratrem eius pro altera parte li-  
cet controversia esset terminata mediante compromissu et laudo ap-  
probato a partibus, tamē noua excitatur dubitatio: quia dictus  
Lazarus Antonius nouum producit testamentum de quo dicit  
non habuisse notitiam tempore dicti laudi, et vellet quod hoc ultimus  
testamentus haberet locum non obstante dicto laudo late vigore  
compromissi: f̄ quia compromissum est quedam transactio ut no-  
in aut. si vero contingit. C. de iudi. et ibi Barto. et idem Barto. in. l.  
fūrti. g. qui iussu. in. versi. quero quid in arbitrio. ff. de his qui notā.  
lum. in si. principiū. ff. de ysucapio. et notat Abb. in. c. si. colum. viij. versicu. quero quid si statuto. de prescript. ibi. et per predicta ego pueo. et Ereti. in. consil. xv. Revendissime pater. colum. penul. si. militari in ista prescriptione centum annorum non requiritur sciētia superioris. vt. notat Bald. in. c. i. colum. ij. in titu. que sint rega. Imol. in. l. si publicanus. s. fina. ff. de publica. Roma. in. l. vectigalia. ff. de publica. et istam opinionem magis cōmunem et veriorez dicit Alexan. in. consil. vi. Also themate et dubijs. colum. ij. lib. j. et ibi. Ellerand. tradit similem questionem que fuit in civitate Lelalis. et idem Alexan. in. consil. lxxvij. Uideretur prima consideratio ne. lib. vj. et Pet. de anchor. in. consil. xxvi. In questione que vertitur. Non obstat si dicatur non constare de mandato illorum hominum qui in dicta conuentione interuenierunt pro communitate insule. et pro talim mandato nō presumitur ex antiquitate temporis mille annorū. vt. notat Bald. in. l. ij. C. si ex falso instrumēto. et tradit Alex. in. l. sciendū. de verb. oblig. colum. iiiij. in vers. vnu tamē scias. qr respōdetur qr illud dictū est verū: et Bal. ipse tenet cōtrā in cōsi. cclxxix. in prin. id vidēdum est. col. iiiij. ver. quoad se cundū pūctum de magistris antiquis. in. iiij. libr. et late hoc probat Frā. de cur. in cōsi. lxxvij. super motius redditis i fauore cōtatis motis Barncij. in. ij. col. vbi inquit qđ Bald. in. d. l. ij. C. si ex fal. in stru. est locutus sine lege: et erubescim⁹ cū fine lege loquimur. l. illam. C. de colla. et dicit qđ Bal. est locutus ex suo capite ut quā doc̄ facit: et cōtra Bal. est regula. qđ ex antiquitate temporis. xxx. annorū solēntas ertrinseca presumitur etiā in preindiciū alteri⁹ per tex. in. c. peruenit. de emp. et vēdi. et no. per illum ter. Alexan. in dicta. sciendum. col. ij. et Alexan. in. cōsi. lxxix. Circa primū de quo queritur. col. ij. in. si. lib. j. a fortiori hoc est dicendū in tempore centum annorum et ultra. vt in casu isto contingit: et in casu nostro idem scribit Alex. in. dicto cōsi. vi. Also themate. lib. j. facit quod not. Bald. in. l. emancipatione. in. versic. vltierius quero. C. de fide instru. vbi inquit qr si instrumētum sit antiquū in quo tantum sententia cōtinetur est presumptio propter antiquitatē qđ acta interuenient. h̄ al's de actis nō presumat. c. qm̄ cōtra. de proba. et dicit Bal. in. auf. quas actiones. circa fi. in. ver. ego dico. de sacrosan. ec cle. et qđ in instrumētis antiquissimis nō expedit probare qr nota riū fuerit notarius vel in quasi possēdīe officiū: qr ex actu ita antiquo erit presumpcio. vt per Zinn. in. c. veniens. de verb. signifi. et in antiquis sola fama sufficit in probādo aliquē fuisse notariū. vt no. Ent. de bur. in. c. i. col. ij. de fide in str. et etiā in antiquis suscicit testimoniu de auditu. vt no. in. l. si. arbiter. ff. de proba. cum si. vt Ebre. tradit in cōsi. lxxvij. sequēdo ordinē questoriū. col. ij. et p. solam famā etiā in antiquis probab̄ dñiū. vt no. En. g. in. l. at q natura. s. cū me absēte. ff. de nego. gest. vbi inquit si volo probare qr ista domus fuit Dantis poete vel alterius qui mortu⁹ sit iam centū annis probatur per famā cūm si. vt diri i. c. i. de appellat. in iij. col. in. ver. septimus casus est. et ex omnibus. s. dictis cōcludendum est qđ dictum Bal. in. d. l. ij. C. si ex fal. in stru. nō sit verū. Nō ob. priuilegiū qr predicti homines insule habuerūt a cōmunitate Janne accedētē cōfirmatione imperatoris. qr illi priuilegio vidētur dicti homines remittasse. et quo cōtrauenerunt dico priuilegio sustinēdo onera per ea que not. Enge. in. l. i. s. si quis tutor. ff. quādo appell. sit. vbi in. prin. dicit. hic est casus in terminis et cōmūniter ignoratur qr si quis habet immunitatem a datijs collectis et ab alijs oneribus. et deinde describatur in libro eoru qui tenentur soluere et nō contradicat sibi preiudicat. qr debuit appellare et tradit Alex. in. 2si. c. i. visio instrumētis exēptionis. col. vj. i. vers. tertio principaliter. lib. j. a fortiori hoc videtur dicendū in casu isto i quo isti de insula lōgissimo tempore collectas et onera supportauerūt.

Secundo et cōsiderādū est qđ illud priuilegiū cōcessū fuit a cōmunitate Janne quo casu cōmunitas nō potest immunitatē cōcedere. l. immunitates. C. de agri. et cēs. li. xij. et in. l. euacuatris rescrip. C. de decur. lib. x. l. i. s. C. de immunitate nemini conceden. libr. x. et in. l. i. s. de his qui vaca. a princ. accepe. eo. libr. x. et no. Alexan. in. cō. filio preallegato. c. i. col. iij. lib. j. et Abb. in. cōsi. lxi. videtur primo. col. iij. lib. ij. Tertio respondetur qđ predicti homines hacten⁹ nunq̄ v̄si fuerunt et tali priuilegio et per non v̄sum accedente contrario v̄su. vt in casu isto contingit quod tollitur lex et statutū. argumen. glo. in. c. i. in verbo. trengas. in. si. de trenga et pa. que comūniter approbatur. not. Bart. in. l. fina. s. cum antiquis. in. fin. C. de cura. furio. et idem Barto. in. cōsi. cclxij. iudex communis as. sij. et firmantur enim leges quādo moribus v̄tentū approbante sunt. vt dicit tex. iij. distin. in. c. an. istis. et no. P. de anch. in. consil. cclvij. iuxta ordinem questoriū. col. ij. cum si. vt Heli. tradit i. c. i. de trenga et pa. et vnde si non v̄rendo tollitur lex et statutū. a fortiori tollitur priuilegium quod facilius tollitur qr ius cōmune. l. eius militis. s. militia missus. ff. de testamē. militi. et in priuilegio notat Pet. de anchora. in. cōsi. ccclx. in questione que vertitur. in. si. Ed. supradicta etiam facit. quia spacio decem annorum perditur priuilegium datum alicui ad aliquid faciendum. vt not. Barto. in. l. s. per illum text. ff. de nundi. et idem Barto. in. l. licitatio. s. coram.

ff. de publicianis. cuj. si. vt dixi indicto. c. cum accessissent. col. viij. versicu. tertia conclusio. de constit. nec supradicte conclusioni ob. stare videtur confirmatio facta per imperatorem. quia non apparet qr sit facta ex certa scientia et facta in forma communi non tristitius. vt no. Spec. in tit. de lega. s. nūc ostēdendum. in. vers. xij. Oldra. in. consi. cclxij. Also priuilegio. in. si. Barto. in. l. priuilegia C. de sacrosan. eccl. et in. l. si constat. ff. de appella. cum sumi. vt dixi in. c. ij. de confirma. vti. vel in. tit. col. iij. in. vers. secundo Abbas concludit.

Laus Deo.

**Consilium. ccccccccxxxix.**  
**De donatione iuris patronatus, et quando teneat**

**Summarium.**

- 1 Dispositio auf. sacramēta puberum an habeat locum in donatione iuris patronatus.
- 2 Anima cunctis rebus preferenda est.
- 3 Iurispatronatus reputatur spirituale.
- 4 Dicitio postea. denotat interuallum.
- 5 Heredes reputatur eadem persona cum defuncto.
- 6 Juramentum defunti ab heredibus obseruari debet.
- 7 Prohibitio alienationis bonorum mobilium et immobilium. an impeditas donationem iurispatronatus.
- 8 Alienationis prohibitio facta filiis non habet locū in nepotib⁹.
- 9 Notarius quicquid dicit factum cōtrahentium respicēs videtur illud dixisse de partium assertione.
- 10 Juspatronatus est spirituale.
- 11 Forum sortiri et statutis ligari a pari procedunt.
- 12 Statutum laicorū nō potest disponere super iurepatronatus.
- 13 Statutum reprobans iuramentum non valet.

**Junio iplozato p̄sidio.**

Uisa consultatiōe que longo apparatu absoluta fuit per clarissimum U. J. doctorem dominum Philippū Eufum vii fratrem maiorem honoradū requisitus de subscripione agam paucis cōclusiūe reassumēdo cōclusiones quas putabo iuridicas esse. Et prima et cōclusio sit qđ dispositio auf. sacramēta puberum. C. si aduer. vēdi. habeat locum in cōtractu donationis de qua agitur: nāz in auf. predicta dicitur simpliciter qr sacramenta puberum sponte prestata super cōtractibus rerū sua rum non retractandis inuolabiliter custodiātur. et licet text. sum pliciter dicat de contractibus quo casu videtur quod intelligatur de contractibus vltro citroq̄ obligatorijs. vt in. l. labeo. s. contra cōtum. ff. de verbo. signifi. et ibi Barto. glo. tamen in dicta auf. sacramenta puberum. in contractibus. expresse tenet quod illa auf. etiā in habeat locum in donatione facit tex. in. l. si donatio nis. C. quod metus causa. vbi donatio appellatur contractus: et Bald. ibi not. illum tex. ad idem tex. in. l. si quis emptionis. a prin. vbi Enge. hoc dicit per illum tex. C. de prescrip. xxx. anno. et Bal. in dicta auf. idem tenet col. penul. et idem Bart. in effectu conclusit ibi col. penul. in versi. quero p̄trum. et idem not. Imo. in consil. cclxij. in causa que vertitur. col. ij. in fin. et Alexan. in. cōsi. l. videre. tur pro decisione. col. ij. an. princ. lib. v. et idem Ereti. in. c. in presencia. per illum tex. de probatio. ibi: cum intra vigesimum quintu. annum teneret donatio iuramento firmata. et dixi in vltimo notabili ibi. Et quibus patet istam esse communem opinionē que ratione efficaci comprobatur qr dispositio dicte auf. sacramēta pu berum. videtur fauorabilis ne quis in perjurium incurrat et sic fauore anime reputatur fauorabilis qr et anima cunctis rebus prese renda est. l. lancim. ns. C. de sacrosan. et cum sit fauorabilis late debet interpretari. l. cuj. quidā. ff. delib. et post b. vita arguit Bart. in dicta auf. sacramenta puberum. col. penul. et Alex. in. cōsi. xij. super premisso themate. in. si. lib. j. et in. cōsi. lxxv. nō puto. eo. lib. j. et in. cōsi. xcij. videtur prima facie. lib. iij. col. ij. i. deez Roma. in. cōsi. cclxxv. omnia ad decisionem. in. si. et Imo. in. cōsi. cclxij. sua. pra allegato. col. iij. et Andre. sicut. in. cōsi. xij. col. ij. et in. cōsi. lxxij. col. ix. lib. j. ex quibus omnibus indubitanter concludenduz via detur qđ donatio ista confirmata cum iuramento valida efficaci ter sit et nullo modo retractari possit. et ista est puma conclusio qr nō habet difficultatem et sine dubio procedit et de plano in rebus prophaniis prout docto. loquuntur in locis supra allegatis. Sed in casu isto agitur de re spirituali. et videlicet de iurepatronatus quod reputatur spirituale. c. quanto. de iudi. et in. c. de iurepatro natus. vbi Abb. col. penult. not. in. c. cura. eo. titu. et not. Abb. in. c. preterea. el. iij. in. j. notabili. de iurepatronatus. Sed respondetur quod consensus ordinarij in casu isto interuenit et presupponitur licet post factam donationem accesserit. hoc sufficit. c. cura. de iurepatronatus. ibi postea habuerit consensum: et illa dictio postea. denotat interuallum. l. non erit. s. fina. de iure iurando vbi gloss. et probatur in. l. iurisgentium. s. quinimo. in. fine. ff. de pactis. et not. in. l. quoties. s. si quis ita. ff. de heredibus instituendis. et not. Abb. in. dicto. c. cura. in. vltimo notabi. de iurepatronatus. et boe

# Quinta pars Cons. do. Philippi Decij.

disputatur per Rotam curie Romane in antiquis decisionibus in deciso. ccclxxiiij. incip. quidam laicus donauit laico sine licetia. vbi primo arguit qd̄ requiratur consensus superioris in ipso cōtractu donationis, deinde cōtrariū concludit et dicit qd̄ maior pars dominorum de Rota tenuit qd̄ sufficit si cōsensus postea su perueniat per ter. in. d. c. cura. et in. c. suggestu. et idē tenet Lardi. in clemen. j. in. v. q. de re. permuta. post Pau. ibi. et dicit qd̄ disputando ita determinatum fuit. Bonomie. et ex his patet istam esse communem opinionē a qua in indicādo nō est recēdēdū, et ista sit secūda conclusio. ¶ Tertia conclusio qd̄ dicta donatio iurispatronatus debet immobiliter obsernari nedum ab ipso donatore sed etiam ab heredibus dicti donatoris, qd̄ heredes reputantur eadē persona cū defuncto. s. i. in aut. de iure. a moriente prestito. et in liberem. ff. de regu. iur. et no. Det. de anch. in consil. xxvij. in qd̄ne supradicta. in fi. et in iuramento defuncti qd̄ debet obseruari ab heredibus est ter. in. l. qd̄ obtinet. C. de proba. et no. Bar. per illum text. in. l. cū quis decedens. s. codicillis. ff. de leg. iij. circa fi. in versic. vltimo no. qd̄ heres. vbi colligit qd̄ heres debet servare iuramentū defuncti, licet enim iuramentū sit personale quoad vinculū anime tamē quoad robur cōtractus iuramentū habet realem effectū, ut dicit Bal. in. l. fi. col. pen. in versi. sed hic incidenter queritur. C. de pact. et idem cōcludit. Dominicus de san. Gemi. in. c. Quid. de partis. in. vij. col. iij. vbi dicit qd̄ quoad penā periurij iuramentum nō astringit heredem sed quoad vinculū pacti heres astringitur per illum ter. dum dicit pactum per iuramentū esse firmatum: si ergo dicit Dominicus iuramentū firmat pactum remanet validum: si validū est debet transire in heredes. et idem no. Bald. in. d. aut. sacra menta puberum. in fin. in versi. et no. qd̄ licet iuramentū. et idem Bald. in. l. si quando. s. i. in versic. quero nunquid si iste. C. de inos. testa. cum simi. vt tradit Ellera. in consil. vij. Viso instrumento donationis. col. iij. in fi. libr. vij. et in cōsil. cxlv. visto themate suprascripto. in fi. lib. vij. et in cōsil. xxvij. cū latissime. in fi. eo. lib. vij. Quarta conclusio qd̄ prohibitio alienationis facta p. Dominicū auum paternum dictorum fratrum non impedit dictam donationem iurispatronatus: quia cum talis prohibitio facta sit de bonis mobiliis et immobiliis non includuntur iura et actiones de quibus tanq; de tertia specie debet indicari, vt not. Bar. per illum text. in l. quā tuberonis. ff. de peculio. in. s. i. peculio. hoc amplius et nomina debitorum. ad idem facit text. in. l. diuino pio. in. s. i. in venditione. ff. de re iudi. cum simi. vt ibi in prin. tradit Ellera. et dicit in consilio meo. ccxvij. in casu proposito. in princ. f. et cū ista prohibitio alienationis sit odiosa quia si facta sit filiis non habet locū in nepotibus, et no. per glo. in. s. nos igitur. in aut. de resti. fideicō. no. Bar. in. l. filiis. s. i. dini. col. fi. de leg. j. cū fi. et no. Ellera. in consil. lvj. Aldroādus testamentū condidit. col. j. in fi. lib. v. pariter vero dicendum in isto casu qd̄ cū materia odiosa sit et contra ius cōmune. l. dudum. C. de cōtraben. emp. l. iij. ff. si quis a parente sue. manu. qd̄ prohibitio alienandi facta in bonis mobilibus et immobiliis nō habeat locū in iuribus incorporalibus que pro tertia specie cōsiderantur, vt etiam Oldra. tradit in consil. ccxix. factum tale est dominus rex Francie. et de communi usulo quendam etiā bona mobilia et immobilia nō videtur adaptari ad iura incorporalia sīm. Eldrad. in. consil. preallegato. Non obſt. quod in testamento sit facta prohibitio alienations quorūcunq; bonorum, quia ex ipsa donatione colligitur quod in prohibitione alienationis non includetur iurispatronatus, et dominus Consultor deducit ex verbis dictis donationis que ego non vidit: et non obstat dum dicitur quod verba illa que ponderantur videntur verba notarij et nō ipsius partis: quia respondeatur quod immo talia verba debent iudicari. plata ab ipsa parte: quia pro notorio presumitur. c. ad audientia. de prescript. et non videtur scripsisse nisi illud quod sibi fuit iniunctū. ¶ Nam quicquid dicit notarius factum contrahentium respiciens videntur illud dirisse de partium assertione, vt Bald. dicit in. l. colum. fina. circa finem. C. de privilegio dotis. allegat not. in. l. scindum. de verbo. obligatio. et idem Bald. in. l. ab executione. col. fina. in versic. pone statuto cauetur. C. quorum appella. vbi iquit quod verba notarij relativa facti dicuntur esse verba partium, et idem Bald. in. l. mater. colum. iij. in versi. preterea. C. de rei vendica. replicat quod verba que profert tabellio in persona contrahētis ipse contrahens videntur proferre et confiteri vera esse: allegat. l. cum ostendimus. s. fina. ff. de fideiussori. tuto. et idem Baldus. l. iij. in fine. C. de erce. rei in iudi. Ro. in cōsil. clxxix. amplissime domine. colum. iij. in verbo. non refragatur obiectum. et Bartho. soci. in consil. ex. in facto presupponitur. col. pen. libr. iij. et Franc. de curte in consil. xlir. Memorie recolende. charta. xv. in versic. dum autē vltimo loco. vbi late iūfit. Ultimo fñon obstat predicta donationi iurispatronatus statutum Serezzane, quia tale statutū non valet cum iurispatronatus de quo agitur sit spirituale: capitulo. quanto. de iudicijs. c. de iure. de iurepatronatus. et sit de foro ecclasticō, vt nota. in pluribus preallegatis, et consequenter statutis laicorum non subiçatur: f. quia a pari procedunt forum foro.

tiri et statutis legari, vt notat Innocen. in rubrica, de consuetudi. et Elto. de but. ibi refert in versicu. vnam regulam habetis. et idē dicit quod tradit. Laldo. in disputatione incipiē. statuto. Eich. viij. dist. in. c. quo iure. Specu. in titu. de constitut. s. i. versicu. et not. et hoc modo arguit Rapha. cuma. in cōsil. cxxix. P. laicus. col. iij. ijan princip. Pau. de cast. in consil. lxxij. Uta. et ponderatis omnibus. colum. i. Eller. in consil. ccir. ponderatis his omnibus. col. iij. lib. iij. et cum statutum loquatur generaliter non intelligitur iū nobis. el. i. de senten. exco. not. Bart. in. l. si quis sub conditione. in si. de condi. institu. Bal. in. l. fi. h. in computatione. in fina. C. de in re deliberar. cum simi. vt tradit Ellera. in consil. xxxij. ponderatis his que cōtinentur in priuilegio. col. fi. lib. v. Secundo f. responde tur qd̄ etiā ex alio capite illud statutū nō valet dum reprobatur in ramentum directo et immediate, vt not. Bart. in. l. omnes populi. col. viij. in versi. item si statutum diceret. ff. de iusti. et iure. cuz simi. vt late tradit Ellera. in consil. lxx. visto in instrumento. col. iij. lib. i. cū simili. s. alleg. et idem Eller. in consil. viij. Abunde satis et sufficien. ter. in princ. vbi dicit quod ista est vera et communis: et idem tenet Imol. in consil. lxxij. In casu premisso. in fin. et in statuto isto Se. rezanne tradit Bartho. socii. in consil. cclxxix. Uta. donatione. in principio. et ex his concurro in sententiam præstantissimi domini Consultoris. Laus Deo.

## Summarium.

- Diffinitores ordinis Lamaldulensis possunt statuere quod eorum pater generalis possit morari et residentiam facere in loco fontis boni stantibus constitutionibus et priuilegijs que in favorem eremitarum proponuntur.
- Factum ab eo qui preoccupavit ab alio revocari nō potest.
- Quando eiusdem domus pluribus insolidū administratio cōpetit maior in tali administratione proponitur.
- In rebus ecclasticis prelati non habent dominium sed administrationem.
- Papa in beneficialibus liberam et omnimodam potestate habet.
- Papa si dicit assignamus tibi tale castrum transfertur dominū absq; traditione.
- Princeps habet p̄tātē trāſferendi dñū ad libitū voluntatis.
- In generali administratione habitatio comprehenditur.
- Habitatio ad videndum est necessaria.
- Juri questio ex priori cōcessione facta in certis bonis nō derogat per scđam cōcessionē factā a summo pontifice de eisdem bonis.
- Concessio facta per papam non derogat iuri prius questio alteri ex concessione episcopi.
- Illi de quorū interessē agit citari debent etiā in extrajudicialibus.
- Ex proemio causa finalis cōstitutionis colligitur.
- Homines diuersae professionis nō debent in eodē officio sociari.

## Consilium. ccccccl.

**D**ividetur in dubium et querit an f. diffinitores ordinis Lamaldulensis potuerint statuere quod reuerēd⁹ pater generalis ordinis eorum possit morari et residentiaz facere in loco fontis boni stantibus cōstitutionibus et priuilegijs que in favorem eremitarum proponunt, et supra a preclarissimis doctoribus domino Mattheo de nicolini, et domino Silvestro Aldo brandino ciuib⁹ Florentinis conclusum fuit quod diffinitores hoc facere nō potuerunt et quod a predictis doctorib⁹ celeberrimis tanq; fratrib⁹ maiorib⁹ honorandis firmatus fuit de iure esse arbitror sī mea que proponunt more Scenole iure cōsultū: et in tali dubio ultra superius dicta hoc modo considerandū est, quod si dicti diffinitores autoritatem et administrationem in loco dicto fontis boni haberent sicut habent eremite cum priore videnter dicendum qd̄ dicta ordinatio diffinitorum preualeret quia ipsi preuenierunt et res non est integra et videntur locus preoccupationi ut in pluribus procuratoribus datis insolidū dicitur in. l. pluribus. ff. de procur. et f. qd̄ factum est ab eo qui preoccupavit ab alio revocari non potest. d. l. pluribus. et in. c. si duo. de procur. in. vij. et ad hoc facit quia diffinitores ordinis videntur maiores in administratione ideo quod ab illis factum fuit debet attendi f. quia quādo eiusdem domus pluribus insolidū administratio competit maior in tali administratione proponitur, vt not. Inno. et docto. in. c. cum deputati. de iudi. et ibi Abb. colum. iij. facit ter. in. l. contra pupillum. s. is qui ad maius. ff. de re iudi. not. Barto. in. l. iij. s. qui exhibendi. in. prin. ff. de custo. reo. Bald. in. l. sena. in. j. col. C. de his qui accusa. non poss. Oldra. in. consil. ccxxvij. factum tale est. cum simi. vt dixi in. c. cum parati. col. iij. de appell. Sed tamē predictis et similibus que adduci possunt non obstantibus contrariū de iure verius vī stantib⁹ his que in facto proponunt et aduertēdū est qd̄ allegata supra in contrarium videntur habere locum quando eodem tempore administratio insolidū pluribus concessa fuit: facit. in

per. in. l. ff. de off. consil. secus videtur in casu isto quia administratio fuit prius concessa in loco fontis boni priori et eremitis qui bus videtur ius quesitum et tali iuri eis quesito non videtur quod disfinitores ordinis potuerint derogare. Dno ergo videtur auctoritate, primo quod eremitis fuerit prius ius quesitum. Secundo quod iuri eis que sito disfinitores ordinis derogare non potuerint. Circa primu cum a principio sacra eremus constituta fuerit domina et rectrix de dicto loco fontis boni, et confirmata fuit ut dicta eremus sit firma stabilis et libera dominatrix de predicto suo hospitio, ut s. res latum fuit: ista verba evidenter ostendunt eremitis fuisse ius quesitum: nam licet in rebus ecclesiasticis prelati non habeant dominium sed administrationem. c. ii. de dona. xii. q. i. c. fi. in. c. sine excepione. xij. q. ij. alla verba dominatrix et rectrix accipiuntur pro libera administratione, ut in confirmatione dicitur ibi, libera dominatrix et rectrix: ad quod bene facit ter. xxij. q. i. in. c. relatio. in fi. ibi dum dicitur, quicquid vero de rebus ecclesie et solerter atque eas non esse ordinare facere quod prouideris liberam habebis, quippe ut sacerdos proprius modis omnibus facultatem: ad idem ter. in. c. et temporis qualitas. xvij. q. s. vbi unus prelatus in duabus ecclesiis vnitatis a summo pontifice ut proprius sacerdos habet liberam potestatem ordinandi et disponendi de rebus ecclesie, et in fine dicitur quod potest habitare in altera ecclesia prout commodus et utilius videbitur, sic ibi colligitur quod habitatio comprehenditur sub generali administratione ecclesie. Secundo potest etiam dici quod eremite habeant in tali loco plenum dominium propter auctoritatem summi pontificis qui illud transiit in eos in confirmatione, et quod papa habet in beneficialibus liberam et omnimodam potestatem. c. ii. de preben. in. vij. et in cle. i. in fi. et elite pendere. facit ter. in. c. proposuit. de conceit. prebend. et quia papa si dicit assignamus tibi tale castrum transfertur dominium absque traditione propter supremam eius potestatem, ut not. Bald. in. c. i. col. ij. in verbo, et adde quod si papa antit. quid sit investitura. et idem de principe dicit Angel. in. l. officium. circa. f. ff. de rei vendi. vbi inquit et papa habet potestatem transferre de dominium ad libitum voluntatis, et tradit. Alex. in consil. clxxvij. In hac causa et lite. col. fi. lib. ij. Et ex predictis videtur constare quod capitulo et congregationi eremitarum fuit ius quesitum in administratione et superioritate dicti loci fontis boni. Et ista conclusio confirmatur ex eo quod in privilegiis dictis in nomine. clxxvj. quod quicquid per eremiti capitulum in eremo et in locis predictis circa modum vivendi induendi fabricandi diuinum officium ordinandi, et circa modum et ceremoniarum obseruationes terminatum fuerit maiorem etiam roborem habeant quod si fuisset per disfinitores cuiuscumque capituli ordinatum. Ex his enim verbis colligitur quod in pertinentibus ad administrationem eremiti et locorum nullorum conterraneorum maiores habent capitulum eremiti aut oritatem quod disfinitores cuiuscumque capituli, ergo non videtur quod disfinitores potuerint contra facere, et in talis potestate que reservatur capitulo eremiti pro eremo et locis sibi conexis facultas habitandi includitur: quia et in generali administratione habitatio comprehenditur, ut probatur in dicto. c. et temporis qualitas. xvij. questio. i. et dixi supra: ad hoc facit quia habitatio videtur respicere modum vivendi, et quia habitatio ad vivendum est necessaria. l. fina. et l. legatis. ff. de alimen. et ciba. lega. et in. l. verbo visitus. ff. de verbo. signi. ergo talis habitatio videtur comprehensa in modo vivendi quam capitulo eremiti committitur: ad predicta etiam facit quia ut habetur in nomine. ccxxvi. quicquid per capitulum eremiti circa ea que ad eremum et loca illi annexa atque subiecta pertinere videtur in futurum determinatum ac disfinitum fuerit nullo modo possit immutari a generali ordinis sine capituli eremiti consensu: propositio videtur precisa propter illa verba nullo modo, que tollit dispensationem in contrarium, ut no. per glo. in cle. ij. de eta. et quali. in verbo, nullo modo. ex quo datur intelligi quod capitulo eremiti maiorem videtur habere potestatem quod habeant disfinitores ordinis, vbi tractatur de preindicio eremitarum: et ex omnibus supradictis satisfactum videtur primo dubio quod eremiti farent ius prius quesitum in loco fontis boni quantum ad minimum vel saltem quo ad administrationem, et in administratione videtur comprehensa facultas habitandi in loco, et probatur in dicto. c. et temporis qualitas. xvij. questio. i. et supradictum fuit. Tercio ad secundum quod disfinitores ordinis non potuerint alterare nec derogare iuri prius quesitum eremitis, et ista conclusio videtur etiam satis probata ex supradictis: facta regula, id quod nostrum. ff. de regu. iur. et non videtur parui preiudicij si habitatio que in dicto loco competit eremitis communicata esset alijs, prout ex illa determinatione disfinitorum sequeretur quia communio parit multa incommoda, et dicit Barto. in. l. stipulationes non dividuntur. colum. x. in versi. tertio quero. ff. de verb. oblig. alle. g. l. cum pater. S. dulcissimi. ff. de lega. ij. in. l. si non sortem. S. si centum. ff. de condic. indeb. facit ter. in. l. in re communis. ff. de servit. rustico. predio. in. l. qui neq. S. fina. ff. de reb. eorum. et quod ius quesitum eremitis non collatur a posteriori potestate data disfinitibus proba-

tur ex supradictis: quod maiorem vident habere auctoritatem ere, mite cum capitulo quod disfinitores in pertinentibus ad ipsos eremites: mitas: et ideo quod a capitulo eremiti constitutum fuit non possunt disfinitores mutare ut supradictum est: et in simili facit quod not. Roma. in consil. ccxvij. Circa premissam dubi consultationem.

10 vbi pluribus medijs probat et iuri quesito ex priori concessione facta in certis bonis non derogatur per secundam concessionem factam a summo pontifice de eisdem bonis inducit. c. abbate sane. de re iudic. et c. capitulum sancte Crucis. de rescr. et ibi in. ij. colum. in versi. itez locis habent. concludit quod si papa diversis successione temporibus concedit ius ad rem vel in re vni, et postea alteri potior sit ille cui primo sit facta concessio: et idem in simili causa tradit. Pau. de castro in consil. clir. al. s. clvij. Also et examinato puncto supradictum colum. ij. vbi pariter concludit quod concessio facta per papam non derogat iuri prius quesito alteri ex concessione episcopi, et idem Alex. scribit in consil. ij. Ex his que in themate narrantur. lib. v. colum. penul. et ista conclusio ampliatur procedere etiam si papa dicat non obstante collatione alteri facta, quia per hoc non videtur voluisse derogare iuri prius alteri questo, et illa verba intelliguntur de collatione alteri facta que fuisse nulla: et hoc procediter eo quod multum efficac. videtur illa presumptio quia non videtur papam voluisse iuri alterius preiudicare secundum regulam que habetur in. c. super eo. de offic. delega. cum similib. allegatis in gloss. et ad idem text. in ca. ex tuarum. de auto. et usurpallij. in. c. quamvis. de rescr. in. yj. et de eo quod dictum est de collatione nulla est dictum Compostel. in. c. causam que. de rescr. et doctores ibi communiter sequuntur et Alex. in dicto consilio. ij. colum. ii. et in consil. xxxij. Also processu. colum. fin. lib. v. et quod dictum est de summo pontifice a fortiori videtur in casu isto procedere in istis disfinitibus ordinis qui non potuerint derogare iuri quesito eremitis si sciuerint. Tertio non videtur valuisse ex defectu solemnitatis, quia in calu isto non fuerunt citati eremiti qui debuerunt citari cum de ipsorum interesse ageretur. l. de uno quoque. in princip. ff. de re iudic. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. in. l. fina. C. de legib. ij. questio. i. c. nos in quenquam. et c. in primis. in princip. et. ij. q. vij. in. c. cancant. in. c. charte. cum similib. et ista conclusio procedit etiam in extra judicialibus in quibus debet citari ille cuius interest. l. in conc. edo. ff. de aqua pluvia arcend. l. fina. C. de autori. prestand. et dicta. l. nam ita diuus. et in. c. final. de maior. et obed. et not. Bald. in. c. ij. S. sanctimus. colum. ij. versicu. sed die incidenter queritur. in fi. vbi allegat. Innoce. in. c. ex ratione. de appellat. Bald. ut dixi in titu. quo tempo. msl. et idem Bald. in. c. j. colum. fi. de investi. in mari. fac. facit quod not. Ange. de insinuacione donationis in consil. clxxix. Also predictis instrumentis. in fi. sive ergo dicti disfinitores processerint judicialiter vel extra judicialiter non facta citatione eremitarum nullus est momenti ex defectu potestatis, voluntatis, et solemnitatis ut patet ex supradictis. Postremo considerandum est ad corroborationem omnium supradictorum quod papa in capitulo de regimine eremiti, in proemio, dicit ut eremitice viter rigor per cenobitarum societatem non imminuantur et. Ex tali preiudicio causa finalis constitutionis colligitur. l. final. vbi Barto. ff. de heredit. instituend. li. in principi. ff. ad macedonia. vbi Barto. et hoc modo arguit Roma. in consilio xvi. Also themate. in versicul. in contrarium tamen. et in consilio lxv. Also themate. in fin. Fulgo. in consil. cxri. Supposita bulla. colum. j. in fin. in consil. cxxij. Presuppositis statutis. colum. penul. Iml. in consil. cxxvij. Also ac ponderatis. colum. j. et in consilio cxxvij. In questione que vertitur. colum. fina. Calderi. in consil. cxxij. Duo sunt videnda. in princ. et in consil. clvij. Videtur predictam concessionem in princ. Alex. in consil. xix. Also processu. colum. ij. in fin. in consil. cxxij. Also titulo questionis. colum. j. lib. vij. et in consil. lxxvij. Also colum. j. eod. lib. vij. cum similibus que nota sunt: et ex dicto proemio multa ibi disponuntur in favore eremitarum: unde cum ibi societas cenobitarum reprobata sit cum eremitis, quod immediata tali societate rigor eremitice vite alteratur et relaxatur, et ex dispari obseruantia in eodem loco scandalum generatur. c. deus qui. de vita et honesta. cleric. et homines diversae professionis non debet meodem officio sociari. in. c. in nona. xvij. questio. vij. et ex tali societate eremitis occasio prestaretur relaxatio di rigorem solite vite quod fieri non debet. in. c. nolo. xij. questio. i. merito ex predictis concludendum est quod ordinatio et delibratio facta per capitulum eremiti debeat preualere quod generalis non posse facere residentiam in loco fontis boni, ut supra prius fuit determinatum per dictos dominos consultores et de subscripcione requisitus. Laus Deo.



stitutionem, et tunc per iura supradicta non tollit pupillaris substi-  
tutio de qua constat, et in claris non est opus coniecturis. I. conti-  
nuit. S. cum ita sit de verb. obli. et ita loquitur text. in d. l. si ita scri-  
ptum. S. qui filio. cum si. s. alle. in contraria. Et de isto casu non agit  
in casu isto. Secundus casus est in compedium substitutione facta  
simpliciter nulla facta speciali mentione de pupillari substitutione  
prout fuit in isto casu in quo quod non apparet de voluntate testatoris  
ex coniecturis et presumptionibus voluntas debet perscrutari unde  
leuis videt presumptio quod fuerit substitutione fideicommissaria per il-  
laverba in sua hereditate. vt. s. dictum est: et distinctio supradicta col-  
ligitur ex his quod dixi in l. pe. in prin. C. de impub. vbi ad hoc allega-  
ni. Lor. in d. coss. cl. vi. col. vi. in ver. nec obstat dicte ultime voluntati.  
et ex predictis breuiter concurro in sententiam prestantissimi do-  
Consiliorum, et supradictum est. Laus Deo.

- Summarium.**
- 1 Substitutio dicitur compedium si testator dicat, si filius meus  
decesserit sine filio.
  - 2 Semper quis mori potest.
  - 3 Verbum substituit, est verbum commune.
  - 4 Substitutio compendiosa facta per verbum commune, an sit sem-  
per et omni tempore fideicommissaria.
  - 5 Pupillus si moriatur in etate pupillari quod substitutione dicatur  
pupillaris.
  - 6 Legato usufructu omnium bonorum, an comprehendantur alimenta.
  - 7 Aerba cum liberis etiam in uno verificantur.

Consilium.ccccxlviij.

**Juino iplorato p̄sidio.**

Uiso eleganti cōsilio excellētiss. et clariss. U. J. doc. do.  
Bernar. benevolentij Senen. uti fratri honorādi qui  
solito more suo accurate presentem consultationem absoluit. De  
subscriptione requisitus agam paucis. Et in primo dubio verba  
substitutionis debent diligenter perscrutari que ad literam ita se  
habent: et casu quo do. Bartolomeus decederet sine filio legitimi  
et naturalibus substituit et esse voluit suos heredes. s' Lucretia  
et alias suas sorores, ut in testamento habetur: et ex istis verbis col-  
ligitur quod substitutione fuerit compedium, ut not. Bart. in l. centu-  
rio. col. iij. et col. ix. in versic. tertia fuit op. Jac. de are. s. de vulg. et  
pupilla. substitu. vbi dicit et compendiom esse substitutionem si  
dicatur si filius mens decesserit sine filio: et hoc cōprobatur, quia  
cōditio mortis dicitur habere tractus successiū cum semper et quis  
mori possit. l. s. de cōdi. et demonstra. et ideo substitutione facta post  
mortem alicuius dicitur compendiosa, ut dicunt Fulg. Paul. de ca.  
et Aler. in l. in testa. per gl. ibi. C. de testa. mili. et in dicta compendiosa  
substitutione pupillaris continetur que expressa dicitur verbis gene-  
ralibus et matrem excludit, ut not. Bart. in d. l. centurio col. i. in l.  
lucis. col. iij. de vulg. et pupil. et not. in l. precibus. C. de impube. et  
alijs substi. in l. si pater. de testa. in vij. Sed in calu isto conside-  
radum est quod substitutione fuit facta per verbū et substituit quod est  
verbum cōmune, ut not. in l. iam hoc iure. s. de vulg. et pupil. in l.  
generaliter. s. cum autem. vbi glo. in verbo. substituit. C. de insti. et  
substi. et per glos. in. s. extraneo. in verbo. per fideicommissum. insti.  
de pupil. substi. et hoc stante succedit questio an compendiosa facta  
per verbum cōmune sit semper et omni tempore fideicommissaria: et  
procedendo cōclusione due principales opiniones reperiuntur. Quia  
ma est quod omni tempore sit fideicommissaria, quā tenet glo. in l. pre-  
cibus. in gl. magna. C. de impu. et alijs substi. et in l. centurio. in gl.  
s. de vulg. et pupil. cum si. ut late ibi Aler. scribit m. r. char. in ver.  
in eadem glos. ibi. haberet locum fideicommissaria. et dicit Bald. in  
dicta. iam hoc iure. col. iij. in versi. hoc itaq. quodista opinio cōmu-  
niter obseruatur quando facta sit substitutione per verbū cōmune,  
et idem tenet Oldr. in consi. xcix. Factum tale est quidam testator.  
et idem cōcludit Bar. in consi. xxir. Homo Accursuli. vbi dicit quod  
doctores cōmuniciter ita tenet, et idem Bar. in consi. liij. Angelus  
Mathie. col. pe. in cōsi. ccxi. Pater filio impuberi. in princ. et cum  
predicta cōclusione cōcordat Bald. in cōsi. ccclxxij. Quidam E.  
Januensis. in versi. tertio est premittēdum. lib. i. et in consi. clxxvij.  
Quidam nomine Angelutius. lib. ii. et idem Ang. in consi. xcviij.  
Uiniatus. col. fi. Altera est principalis opinio quā tenet gl. in. s.  
qua ratione. insti. de pup. substi. quod si pupillus moriatur in eta-  
te pupillari et quod sit directa pupillaris: et istam tenet Cy. in dicta. l.  
precibus. et Aler. illam late comprobavit in dicta. l. cētūrio. col. xx.  
gratia breuitatis eius rationes non refero: et idem sequitur Aler.  
in cōsi. lxij. Ponderatis verbis. col. iij. in fi. eo. lib. iiij. et idem Eu-  
ma. in cōsi. xx. Proponitur quod ser. Blancus. col. fi. et idem Benedi-  
capra in consi. viij. Pro predictorū declaratione. col. ii. s. Paul. de  
cast. in cōsi. cri. Super primo quesito. col. i. et in cōsi. ccviij. Quod  
dicta substitutione in princ. et in consi. ccchij. Uisis omnibus. col. ii.  
versi. quantū vero. Areti. in consi. clv. Periculosem est ut Hiero-  
nymus ait. col. i. et iij. Corine. in cōsi. clxxvij. Trata et vulgata est

questio. lib. i. in cōsi. ccvij. Videlicet prima facie dictum. lib. iiij. et  
in cōsi. xxvij. Circa presentem cōsultationem. col. ii. lib. iiij. Repe-  
ritur tertia op. Bar. qui distinguunt in dicta. l. precibus. col. fi. quod si  
mater sit in medio debet fieri interpretatio in favorem matris quod  
substitutione semper sit fideicommissaria, et procedit prima opinio  
superior relata. Si vero non sit mater in medio habet locum alte-  
ra opinio supra relata: et ideo concludit Bart. in dicta. l. centurio.  
col. x. et istam opinio. Bart. tenet Ange. in cōsi. xcviij. Uiniatus de  
monte politiano. col. ii. et Jo. de ana. in consi. lxxix. Sic etiam habet.  
col. i. vbi dicit quod communis est opinio quod favore matris sit omni  
tempore fideicommissaria: et istam communiorum opinionem at-  
testatur esse Aler. in dicto cōsi. clv. in fi. in isto tamen conflictu opio-  
nionum suadēte equitate videtur cōcludēdum quod matris saltem le-  
gitima debeatur, ut. s. cōclusum fuit: et dixi in dicta. l. precibus. in  
penul. char. et in cōsi. ccxvij. In casu proposito. in fi. col. et ita pri-  
mum dubium absolutum sit. In secundo dubio placet et conclusio  
supra facta quod do. et Margarita debet habere usumfructu omnium  
bonorum absolute ut verba sonant, et quod in isto casu non restringa-  
tur legatum in alimētis per supradicta: et ulterius ista conclusio co-  
probatur, quia illa cōclusio quod legatum usumfructus restringatur  
in alimētis procedit in dubio favore filiorum, ut no. Sal. in aue.  
hoc locum. in fi. C. si cētū. mul. mīple. Secundus aliter colligatur emā  
ex tacita et coniecturali voluntate testatoris, ut notabiliter tra-  
dit Pan. de cast. in consi. cc. xxvij. Quod vero quodam. et sequi-  
tur Aleran. in consi. lvij. Perlectis verbis. lib. iiij. et idem sequitur  
et Maria. Soc. in. in consi. incipien. Francisus Donatio de Areti.  
quod consilium reperitur in consi. i. in vlti. libro consiliorum do.  
Bartholomei Socini sui filij: et in casu isto evidens coniectura il-  
la videtur, quia testator casu quo non habet et locum legati usumfruc-  
tus omnium bonorum: quia si ipsa domina Margarita non  
vellet servare viduitatem reliquit sibi ultra eius doles usumfruc-  
tum suum possessionis, etale legatum clarum est quod de pleno  
usumfructu intelligitur: ergo pariter videtur quod legatum usumfructus  
omnium bonorum de pleno usumfructu intelligatur: als si legatum  
usumfructus omnium bonorum restringatur in alimentis esset di-  
cendum quod plus consequeretur domina Margarita non ser-  
uando viduitatem sed si servaret: quod videtur contra manife-  
stam voluntatem testatoris. Nec videtur obstarre huic conclusio-  
ni illud quod alias consului contra proxem usumfructuarium que  
debet morari cum filiis: quia in illo casu non fuit impleta condi-  
tio legati usumfructus omnium bonorum. Secundus est in isto casu in  
quo due conditiones apposite in legato fuerint implete. De pri-  
ma de viduitate constat, quia semper do. et Margarita fuit vidua.  
De secunda quod deberet morari cum liberis etiam impleta vi-  
detur: quia morata fuit cum filia que sola superuerit: quia et verba  
illa cum liberis etiam in uno dicuntur verificari. l. pater leuerina.  
s. ita fideicommisso. s. de condit. et demonstra. cum similib. ut dicit  
in consi. l. supra alle. ga. Circa quartum dubium res clara videt-  
ur quod legatum factum. Lontesse pro eius dotibus et pro omni eius  
legitima mandans quod de bonis ipsius testatoris plus petere non  
possit et statim tale legatum peti possit, quia in legitima omnis  
dilatio remouetur. l. quoniam in prioribus. C. de mōfic. testa. et in  
terminis not. Barto. in consi. cc. Queritur de legatis filiarum. in  
prin. Detr. de anch. in consi. cc. ccxvij. Subtilissime. et ad plenum  
Lor. in consi. l. Circa presentem consultationem. colum. vi. lib. iiij.  
cum simi. s. alleg. et idem Detr. de anch. in alio consi. cc. ccxvij. Ita  
omnia puto bene et subtiliter. et cum predictis concordat Roma.  
in consi. lxxij. Hec quantitas pro dose. 129. Laus Deo.

- Summarium.**
- 1 Promissio facta de augmento dotis videtur presupponere  
quod dos soluatur, aliter non potest dici augmentum dotis et non obli-  
gatur quis ad augmentum dotis si dos non fuit soluta.
  - 2 Ex verbis in principio appositis causa finalis dispositionis de-  
prehenditur.
  - 3 Ut non potest se obligare ad dotandum mulierem de suo proprio  
licet possit dotem recipere.
  - 4 Simulatio probatur ex presumptionibus et coniecturis.
  - 5 Donatio in dubio non presumitur.
  - 6 Quod non est verisimile est quedam falsitatis imago.
  - 7 Confessio non verisimilis non attenditur.
  - 8 Actus qui sequitur ostendit et declarat intentionem precedentem.
  - 9 Accenditur quod in veritate agitur et non quod simulate concipiatur.
  - 10 Instrumentum simulatum non habet nomen instrumenti carēs  
effectu nomine caret.
  - 11 Instrumentum simulatum est tanquam corpus sine spiritu, et ideo non  
firmatur iuramento.
  - 12 Instrumentum ex contrarietate vitiatur.
  - 13 Excusatio non cadit ubi est contrarietas, adeo quod nec rusticus  
excusat.
  - 14 Remota nullitate vel exceptione non videtur remota illa nullitas  
e E ij

# Quinta pars Consil. Do. Philippi Decisi.

- vel exceptio que habet in se contrarietatem.  
 15 Dispositum cum aliquo presupposito si presuppositum non veris-  
catur non habet locum dispositio.  
 16 Statutum si dixerit quod turbans aliquem in possessione puniatur  
et possessionem restituat non habebit locum nisi eo casu quod posses-  
sio ablata fuerit ut statutum presupponit.

Consilium. ccccccclvij.

## Juino iplorato p̄sidio.

- Uiso et perfecto eleganti consilio preclariss. A. J. doc.  
do. Pauli de Lorrigia vii fratris maioris honorandi  
qui adeo plene scripsit et eleganter ut nullus dicendi locus super-  
esse videatur, et omnibus diligenter consideratis et circumspectis  
iuridicam esse arbitrio conclusionem ab eius excellentia supra fir-  
matam, vel quod promissio augmenti dotis de quo agitur valida non  
fuerit. Nam primo filia conclusio satis clara videtur quod cum do.  
Blasius Maria fecerit promissionem augmenti dotis ipsi do. Leo-  
nore de Susia spōse sue future, ut dicitur in principio instrumenti:  
Ealis promissio videtur facta principaliter ad istum finem et effectum  
ut dictus do. Blasius Maria matrimonium contraheret cum di-  
cta do. Leonora, ut ex verbis instrumenti apparent in principiis et  
quibus causa finalis dispositionis depiehēdatur. I. si. vbi Bar. ff.  
de hered. insti. l. i. in princ. ff. ad macedo. vbi Bar. not. Bald. in. l. i.  
in princ. ff. de orig. iur. et hoc modo arguit Lar. in cōsi. cxxvij. Duo  
sunt. in prin. in cōsi. cxxvij. Aidef. in prin. Imo. in cōsi. cxxvij. Aisis.  
Ro. in cōsi. xvij. Uiso themate. et in cōsi. lv. Uiso themate proposito.  
circa si. Eller. in consi. vij. Aisis. col. ij. lib. ii. cum si. que nota sunt  
talis promissio facta per do. Blasium Mariam predicte do. Leo-  
nore ut illam haberet in uxorem est reprobata a iure, quia ab alte-  
ro ipsorum coniugum non potest quis invitari ad matrimonium spe  
lucrī: quia esset presumptio quod fieret hoc causa libidinis, quod est con-  
tra bonos mores ut not. Bart. per illum ter. in. l. si ita stipulatus  
fuerit. S. si tibimpero. ff. de ver. oblig. et sequitur ibi Ang. Imo.  
Pau. de cast. et doc. cōmmiter. licet enim vir possit dotem reci-  
pere non potest se obligare ad dotandum mulierem de suo proprio  
ut dicit Bald. in. c. accedēs. in versi. quero nunquid. de procu. alle-  
gatter. in dicta. l. si. ita. S. si tibi nupsero. et ista conclusio videtur de  
plano procedere per ea que supradicta sunt per do. Consultorez,  
sed in isto casu difficultatem non paruam fecit: quia non videtur  
do. Leonora in casu proposito iniurit ad matrimonium spe lucrī:  
quia ut patet in instrumento illa haberet eam donationem in omnē  
euēti etiā dato quod dicta cōditio contrahēdi matrimonium inter pre-  
dictos non sequatur, et dictum dotis augmentum promisit dictus  
do. Blasius Maria dare, donare, et tradere sequito vel non se-  
quuto matrimonio, ut in instrumento expresse dicitur. quibus ver-  
bis stantibus non videtur quod talis promissio dici possit quod facta  
fuerit ut dicta do. Leonora spe lucri citaretur ad contrahendum  
matrimonium cum dicto do. Blasio Maria ex quo ipsa in omnē  
euētu sequito vel non sequito matrimonio esset dictus lucrī  
habitura. Ad hoc in quo vis tota consultationis huins videtur  
consistere potest responderi duobus modis principaliter. Primo  
quod in hac parte reprobatur instrumentum propter simulationē. Se-  
cundo propter contrarietatem. Circa primum de simulatione co-  
siderandū est quod simulatio probatur ex presumptione et cōiectu-  
ris, ut not. Bald. in. l. et qui. C. de distract. pig. circa si. et idem Bald.  
in consi. cxxvij. Punctus questionis. lib. ii. in. l. emptione. C. plus va-  
le. qd agi. Pau. de ca. in consi. cxxvij. Aisis his. col. ii. in versi. nam  
cum simulatio. et in consi. cxxvij. In eaūa mota. col. ii. et not. in. c.  
ad nostram. de emp. et vend. in. c. illo vos. de pign. et in casu isto ef-  
ficaces sunt cōiecture quod illa verba, sequito vel non sequito ma-  
trimonio. cum simili. alleg. i. sint non vere sed simulate apposita.  
Prima videtur quod constat ex verbis instrumenti in prin. quod augmentum  
hoc dotis fuit factū intuitu futuri matrimonij cum dicta domina  
Leonora et ista fuit causa finalis dicti augmenti dotis, ut supradic-  
tum est: et ab ista vera et expressa causa non videntur partes nec  
presumunt voluisse incōtinenti recedere in eodem instrumento. I. non  
ad ea. S. ff. de cond. et demon. Bar. ibi in. l. qd traditum. in. l. et  
cūda presumptio videtur, quod si esset donatio sine matrimonio esset  
donatio facta simpliciter quod in dubione non presumitur, ut not. in. l.  
cum de indebito. ff. de proba. et in. l. campanus ff. de ove. lib. adeo  
qd potius error presumitur quod donatio, ut not. per glo. in. l. gene-  
raliter. in ver. causam. C. de non nu. pecu. vbi Bald. in. iij. opposi. et  
Ang. ibi. col. ii. dicit se ita consuluisse Imo. in. l. et Titio. col. ii. de  
verb. oblig. cum si. ut tradit Eller. in consi. vij. Ex his que in the-  
mate. col. ii. lib. i. et in nostro casu tradit Pet. de anchora. in cōsi. cxxvij.  
Subtiliter et copiose. Tertia presumpcio fundatur in eo quod  
est verisimile, et quia quod non est verisimile est quoddam falsitatis  
imago, ut dicit Bald. in. l. col. ii. C. de ser. fugi. facit text. in. c. quia  
verisimile. de presump. in. l. quia verisimile. que est lex fina. ff. de co-  
quod met. cau. et in. l. obligacione generali. ff. de pigno. et in simili  
casu simulationis a verisimili arguit Pet. de anchora. in cōsi. cclvij.

- 7 Si predicta sententia. col. ii. et confessio que non est verissimilis no-  
attēditur, ut not. Bald. in. l. si quis in hoc genus. in princ. C. de ep. scop. et cler. et Pet. de anch. in consi. cxxvij. Uisa inquisitione. col. i.  
in ver. itez ratio naturalis hoc dictat. et certe multū cōsonat et ra-  
tioni cōgruit quod dictus do. Blasius maria noluisset dicti angmē-  
tum dotis cōstituere dicte do. Leonore si enī illa matrimonium  
cōtraxisset propter verba apposita in principio instrumenti, in qui-  
bus attestatur se iamdiu desiderasse contrahere affinitatem cum  
nobili prosapia illorū de Susia mediante do. Leonora, et ista vi-  
detur causa finalis dicte conuentionis, ut supradictū est: et ab ista  
finali. causa et voluntate non videtur do. Blasius et Maria recessisse.  
Non obstat quod videtur constare de voluntate mutationis dum  
dicitur, sequutovel non sequuto matrimonio: et prīns dicitur etiā  
dato quod dicta conditio contrahēdi matrimonium inter predictos  
non sequatur: et ratio in dicto instrumento allegatur quoniam ma-  
trimonia libera esse debent, nec fieri sub spe aliquid dati vel rece-  
pti ut ambe partes ita dicunt et protestantur et sic esse contētantur,  
et sic ex predictis verbis a prima voluntate videtur recessisse. Nam  
respondetur quicquid apparenter videantur voluisse prima volun-  
tate recedere, tamen in rei veritate in prima conuentione persiste-  
runt, et dicta verba in quibus videtur a prima conuentione recessisse  
prolata fuerūt ad palliandum conuentionem primam, de cuius  
ius validitate dubitari poterat: quia tale matrimonium non video-  
batur habere libertatem requisitam: quia spe lucri omnino contra-  
ctum fuit in primam conuentionem: hoc patet, in veritate sequi-  
tum fuit inter eos matrimonium: et actus qui sequitur ostendit  
et declarat intentionem precedentem in. S. paonum. insti. de rer.  
divisi. l. sed et si Julianus. S. protinde. ff. ad macedo. not. Bar. in. l.  
et cetera. S. si. ff. de lega. S. et tradit Pau. de ca. in consi. cccclxvij. Alio  
so puncto. col. ii. in versi. constat enim ex sequētibus, et ista conclu-  
sio cōfirmatur ex presumptionibus supradictis, ex quibus omni-  
 nes ex certa scientia z de plenitudine potestatis approbauit z cō  
 19 firmavit quo casu pactuz qd fuisset nullum conuadatur. f nam  
 quod factum est ex certa scientia principis in dubium reuocari nō  
 potest, vt not. Bar. in. l. conficiuntur. S. codicilli. ff. de iu. codi. z idē  
 20 Bar. in. cōsi. crvij. ciuitati Camerini. colu. ii. f z clausula ex certa  
 scientia, facit valere illud quod patiebatur defectuz, vt no. Oldr.  
 21 in. consi. cclvij. factum tale est. col. iiij. facit ter. in. c. i. de transac. f z  
 non debet quis andiri contra illud qd princeps facit ex certa scien  
 tia, immo repelli debet z illi perpetuum silentium imponi, vt Bald.  
 22 dicit in. c. i. S. si quis autē per illum ter. in. ti. de pac. constan. f z qd  
 facit princeps ex certa scientia videtur facere de plenitudine pot  
 estatis, vt no. Bal. in. l. eos. in. prin. C. de app. f z vbi princeps scri  
 bit de plenitudine potestatis nihil opponi potest qd annulet gra  
 23 tiam, vt no. Bal. in. proe. decre. col. iiij. f z nō potest dicti princepi,  
 cur ita facis, quando utitur plenitudine potestatis, vt idem Bal.  
 dicit in. prelud. feud. col. ix. in. ver. sed panca de principe dicamus.  
 24 Quinto accedit f cōsuetudo tanti sepois cuius initij memoria  
 non est in contrarium per quam semper obseruatū fuit qd femi  
 ne non succedant extantibus masculis in comitatibus z dignita  
 tibus habentibus administrationez z talis cōsuetudo habet vim  
 priuilegij. l. hoc iure. S. ductus aque. de aquaquoti. z esti. z no. Ol.  
 in. consi. cclvij. qz tota pars decani. col. iiij. in. versi. circa qd est nota  
 dum. vbi regula ponitur qd quicquid potest priuilegio cōcedi pa  
 riter z cōsuetudine inīci potest, z no. in. c. super quibusdā. S. pre  
 25 terea. vbi gl. de ver. sig. f z talis cōsuetudo que videtur notoria in  
 loco nō indiget probatione, vt not. Bal. in. l. col. i. C. de ser. fugi.  
 26 f z in. tali consuetudine notoria iudecere supplere potest, vt no. Bal.  
 27 in. l. filiis familiis. S. veterani. col. iiij. ff. de procur. f z iudecere etiā par  
 te absente z nō citata potest se informare de cōsuetudine z si repe  
 ritita esse persolaz famā sufficit, vt not. L. y. in. l. i. in. versi. secundo  
 queritur. C. que sit lon. con. z idem tradit. Bar. in. l. lege iulia. ff. de  
 testi. Bal. in. l. i. in. fin. C. vt que desunt aduo. Alter. in. consi. xij. vii  
 so processu. in. princip. lib. v. Et retenta conclusione de qua nō vi  
 detur dubitandum per supradicta qd supradicte conuentiones fa  
 cete inter dictos principes valeat z obseruari debeant, clarū est qd  
 per verba dictarū cōventionum femine excludūtur dum dicitur  
 qd si decesserint absqz legitimis de corpore nostro natis feudalibz  
 heredibz ad dños superstites dicta bona deuoluātur: verba em  
 illa de feudalibus heredibus tantum de masculis intelligantur:  
 28 f quia femine non succedunt regulariter in feudis. c. j. S. hoc autē  
 notandum. in. tit. qui feu. dare pos. c. j. S. ad filios. de suc. frat. in. c. j.  
 29 de non alie. feud. pat. cum si. f z in materia feudali verbū heredis  
 bus, intelligitur de masculis. c. j. S. z si clientulus in. tit. de alie. feu.

not. Bart. in. l. gallus. S. etiam. de libe. z posthu. m. l. p. o herede. S.  
 si quid tamen. de acqui. heredi. Calde. in. cōsi. xv. heredis appella  
 tione. vbi dicit quod ita cōmuniter tenetur: z idem Cardi. in. cōsi.  
 lio. xiiij. quod domina Nera. col. j. Ange. in. cōsi. cr. Sanctissima  
 Petrus quōdam. z ideo concludendum est qd in talibus boms  
 31 domina Elisabeth excludatur. Nec ob. f quod heredes feudales  
 z sic masculin non videtur vocati sed solum positi sunt in conditio  
 ne ibi, z sub hac cōditione tc. quo casu filij masculi positi in condit  
 iōne non dicuntur vocati, in. t. glo. in. d. l. lucius. ff. de here. in. sti. qz  
 ad hoc. S. fuit responsum quod glo. in. d. l. lucius. non habet locuz  
 er tacita voluntate disponentis, vt Soci. tradit. in. l. cum aunc. in  
 fi. de cond. z demonstra. Et vltierius z clarus ad hoc responderi  
 potest quod glo. in. d. l. lucius. procedit vt filij posteriori conditio  
 non sint vocati sed ab intestate succedit, z ab intestate pariter suc  
 cedunt masculi z feminine. l. maximum vitu. z. C. de libe. prete. l. lege  
 xij. tabularum. C. de legitimi. heredib. si ergo masculi tantuz vocari  
 sunt exclusis feminis, prout in casu isto contingit necessariorum est  
 dicere quod masculi vocati sint, z in isto casu non habet locuz gl.  
 in. d. l. lucius. z ita in terminis voluit Guid. pa. in. q. cxr. xij. mci.  
 32 in illa questione. vbi concludit f quod quādo filij masculi sunt po  
 siti in conditione vocati videtur ex tacita voluntate disponentis  
 inducit verba Bart. in. l. l. berorum. col. penul. ff. de verb. significa  
 in. versic. pone exemplum. vbi dicit quod stante statuto quod filia  
 non succedat extantibus masculis in persona masculoz statutum  
 cōtinet dispositionem. q. d. inasculti succedant z non feminar. idē  
 notat Barto. in. l. ij. S. videndum. ff. ad tertul. col. fina. z idē tenet  
 Bal. in. l. maximum vitium. col. j. C. de libe. prete. vbi inquit quod  
 illa verba extantibus masculis videtur habere tacitaz dispositio  
 nem quod masculi succedant in quorum favorem factum fuit sia  
 33 tutum: f z quia quandoqz verba conditionalia dispositionem in  
 ducunt. l. fidei commissa. S. cum esset. delegat. iij. vbi Barto. z na  
 al's consului, vt patet in cōsi. ccxx. domin⁹ Raynaldus. in. fi. col.  
 Successive non obstat quod domina Elisabeth quando renūta  
 videtur hereditati paternae z materne reseruauit sibi regressum ad be  
 na paterna z materna casu quo frater suis decederet sine filiis  
 masculis: quia tūc nō agitur de bonis paternis vel maternis sed  
 agitur de hereditate fratri qui hereditatē patris z matris adi  
 34 uit, z ex tali adiōde f vel immixtione definit esse hereditas patris  
 vel matris z incipit vt dicatur patrimonium eius qui adiuit z sic  
 fratribz. l. sed z si plures. S. si filio. ff. de vulga. z pupil. not. in. l. j. in. S.  
 verteres. de acqui. posses. not. Ange. in. consil. l. j. dominus Bili.  
 col. fi. z tradit. Bart. in. l. fi. in. prin. in. fi. j. q. ff. ad tertullia. z in. consil.  
 l. viij. ex themate predicto. in. fi. Bal. in. l. j. col. fin. in. q. l. ff. de rerum  
 diui. z Roma. in. consil. xl. Uisis. in. princ. Benedi. capra in. consil.  
 l. viij. L. vido. in. ij. dubio. z Roma. in. alio cōsil. cl. viij. Circa p̄  
 rum. in. pan. ex quibus omnibus patet qd reseruatio qd fuit limi  
 tata in bonis patris z matris non habet locum in bonis z heredi  
 tate fratribz: hoc tamen videtur dictum ex abundanti quia in bo  
 bus de quibus agitur domina Elisabeth omnino erat exclusa ex  
 conuētione facta inter principes, vt supradictum est: quod su  
 p̄adictum est de bonis mobilibus pertinentibus ad tuitionez ca  
 strorum quod comprehendantur quia videtur esse de pertinen  
 tibz. iuxta not. in. c. cū ad sedē. de rest. l. polia. bene facit qd no. Bart.  
 35 in. l. seie. S. iyranne. ff. de fū. instru. vbi dicit f qd pascua deputata  
 ad vsum fundi in legato fundi continent, z facit tert. in. l. predij. S.  
 balnea. de leg. iij. z tradit. Maria. Soci. in. cōsi. xlviij. in. l. i. col. ij. z  
 ex predictis breuiter. Curro in sententiā domini Lōsultoris z ma  
 xima temporis angustia non patit me in scribendo longorē esse.

## Summarium.

- Statutum loquens in matre an locum habeat in. auia.
- Statutum excludens matrem videt excludere auiam maternam
- Exclusa matre exclusa videtur omnes agnati qui veniunt ex per  
sona matris.
- Uia est in secundo gradu.
- Eiusdem rei lequuntur commoda quem sequuntur incommoda.
- Dictio salvo, quam significationem habeat.
- Exceptio est de regula.
- Statutum contritus commune debet stricte interpretari.
- Argumentum a maiori habet locum etiam in statuto.

## Consilium. ccccclvj.

**Quinto iplozato p̄sidio.**  
 Juridicam esse arbitror conclusionē a preclaris. doc.  
 firmatam f in fauores anie qd ipsa admittatur ad ter  
 ciam partem sūm formam statuti vrbis veteris: qd licet loquatū  
 in matre tamē videt etiam habere locū in ania: qz contrarioz ea  
 dem est disciplina: z qd operat propositū in p̄posito idē opera  
 oppositū in opposito: z qd cōtraria operent contrariū effectum. l.  
 fi. vbi Bart. ff. de lega. iij. z si cōtratabulas. ff. de vulga. z pupil. l.  
 fieri toto

Si ex toto, in prin. de leg. s. et no. Bar. in. l. inter stipulantem. in. s. a. cram. col. iij. de verb. obli. et hoc modo arguit Bald. in. l. s. iij. col. C. qnli. ab emp. disce. vbi alleg. ad. hoc Arist. sed ita est in casu proposito et quod statutum quod excludit matrem videt excludere auia maternam ut not. Bal. in. l. illa. in. prin. C. de colla. vbi inquit quod exclusa matre et statuto et soror materna quod venit representando matrem excludit: et fortior est ratio excludendi auia quod matrem ralle. Cy. i. l. i. C. qd si l. o. cōsue. et idem cōcludit Bar. in. l. u. s. videndū. ff. ad tertul. dum in. quod et quod exclusa matre exclusi vident oēs cognati qui veniunt a pso na matris: et idē tradit Bal. in. l. marimū vitiū. col. i. C. de lib. pret. cum si. vt. Alex. refert in cōsi. crrvij. inci. animaduersis diligenter his. in. s. col. in. fi. lib. vij. et in cōsi. crrvij. viso themate. q. col. pe. eo. li. vi. et sūm istam cōclu. cōsuluit Lor. in consi. clxxvij. in presenti cōsultatione est premitē dū. col. q. iij. iij. lib. vbi concludit quod exclusa matre a statuto intelligitur exclusa auta: et idem Lor. in consi. clxij. cōstat quod de iure cōmuni. col. i. in. fi. lib. iij. quādo aliter dicit quod exclusa matre a statuto omnes cōiuncti ex persona matris excluduntur: et est regula quam ponit Auge. in. s. reliquij. in. auf. de he. abintesta. in. versi. ex diuerso. quod qnli aliqua persona excluditur non propter suū delictum ita oēs venientes ex eius persona excludunt quod veniunt a redice infecta. arg. l. fi. de na. lib. et bene facit tex. in. l. si. viua matre. C. de bo. ma. tex predictis remanet firmata opij. que cōmuniter approbatur quod exclusa matre a statuto pariter auia materna exclusa videt: et ex ista conclusione pari modo descendit videt quod quatenus mater admittit etiam auia admitti debet quod cōtrariorum eadē est disciplina, ut cōtrariorū contrarij. sint esse, etius: vnde sicut auia in exclusione matris etiā ipsa auia excludit: pari ratione videt quod in casu in quo mater admittitur etiā auia admitti debet, et sic infertur quod auia vocata sit ad illā tertiam partē in qua mater expresso vocat: et ista cōclu. cōprobat manifesta rōne: quod aut dicimus quod in statuto auia non cōprehendat et tunc videt quod ipsa in totū de iure cō ad successionē pupilli admittat quod est primior f. cum sit in scđo gradu. s. in secundo gradu. insti. de gradī. et in. l. s. s. secido gradu. ff. de gra. aut dicimus quod in regula statuti in qua mater primo simpliciter excludit etiā auia excludatur ita quod in regula statuti negativa, sicut mater sic etiā auia excludatur: quod videtur de iure per ea que. s. diri. et tunc etiā auia in exceptione ouā facit statutum cōprehendi debet quod eiusdem rei sequitur cōmoda quem sequuntur in cōmoda. l. sūm naturā. ff. de reg. iur. in. regula. q. sentit. de regu. iur. in. vij. l. s. pro secudo. C. de cad. tol. et hoc cōprobatur per illam dictionem saluo quod in tertia: fista enim dictio saluo, est modificativa et restringit quod dictum est de exclusione matris, vno. per glo. in. l. si. debitor. s. i. ff. qui. mod. pig. vel hypo. in. l. item labeo. s. pure. ff. fa. her. no. Ang. in colsi. xxvij. pro decisione. in. cōfil. xlj. Prout patet. col. iij. in. fi. z. in. cōsi. cccx. Circūscripta pacto serie. col. iij. et ista modificatio facta per dictam decisionem saluo in effectu est exceptio facta a precedenti regula exclusionis: que quidem exceptio est de regula, ut not. Barto. in. l. in his. ff. de legi. in. l. s. ff. de regu. iur. in. fi. et ideo consonat quod exceptio intelligatur in casu in quo regula loquitur, et quod sūm regulam intelligatur, vnde regula exclusiva matris etiam de auia intelligat, pariter videtur quod etiā exceptio facta de matre intelligat de auia: et per consequēs videtur quod auia sicut mater ad dictā tertiam partē admittat prout statutum loquitur: et per istaz rationē res claravideat: et ex his nō obstat quod statutū de quo agitur sit stricti iuris, ut no. Barto. in. l. cōst. tutionib. ff. ad muni. et cū sit cōtra ius cōde debet stricte interpretari. l. si. vero. s. de viro. ff. solu. ma. vbi Barto. qd respōdetur. vt. s. dictum est: quod si statutū non haberet locum in auia ipsa plenus intētum consequeret quod esset primior et in totū admittere et ad successionem de qua agitur: ideo vera et cōmunitis intelligēta videt quod exclusa matre a statuto a fortiori videt exclusa auia quod est removitor: et hoc arguit a maiori habet locū etiam in statuto prout arguit Bald. in. l. quod vero. in. ver. sed pone. ff. de legi. in. l. si. vero. s. de viro. in. l. u. C. de in ius vocā. z. in. l. affinitatis. cōmu. de suc. et plenus dñi consulentes respondent: et vera solutio videtur ut dixi quod si non cōprehendatur auia ipsa de iure cōmunitis in totū succederet si cōprehēditur in regula negativa pariter in exceptione cōprehendit debet per supradicta et sic velit in totum vel saltem in tertia parte auia admitti debet. *Laus Deo.*

### Summarium.

- Intellectus ad. s. defuncto. in. l. miles. ff. de adulto.
- Natus in domo mariti ex muliere que probatur cōmississe adulterium presumitur filius legitimus mariti.
- Uxor licet probetur adultera filius presumitur iustus.

**Consilium. ccccclvij.**

**D**uino iplozato p̄ficio.

Plene regeanter absoluta fuit presens cōsultatio ab excellē, et clarissimo iuris cō. dño Raynaldo petruce.

1 de Senis: et quod potissimum fundamenū proposito cōsultationis consistit in. l. miles. in. s. defuncto. ff. de adulto. Circa intellectū illū s. aliquid dicam vltra ea que dīri in. c. per tuas. de proba. nam pri mo illeter. est sing. vt no. Bal. in. l. si. matr. C. de suis et legi. Auge. in. l. septimo. ff. de statu ho. cum simi. vt tradit Alex. in consi. clvij. Circa primū. in. u. dubio. lib. v. et ex illo ter. cōclusio habetur et quod natus in domo mariti ex muliere que probatur cōmississe adulterium presumitur tamē filius legitimus mariti et hoc fauore matrimonij et filiationis, et not. Abb. in. d. c. per tuas. in. l. nota. in. c. ex transmissa. qui filii sunt legi. in. c. pe. de adul. et sūm istam cōclusionē late cōsuluit And. sūm. in consi. xvij. Illustrē et magnanim. lib. s. vbi plura dicit quod in proposito bene cōferunt: et sūm edit presumptio nem. d. s. defuncto. fauore matrimonij et filiationis esse efficacem et preualere pluribus presumptionib. que erant in contrarij. ibi enim primo comprobatur istam cōclusionem allegando Bal. in pluribus locis, deinde arguit in contrarium in. u. col. et dicit quod in illo casu erant plures presumptiones in contrarium, vēz quod mulier que erat mater asserebat non esse filium mariti et ille cuius mater dicebat esse filium in instituit talē filium et nominabat et tractabat illum pro filio et tamē concludit portionem esse istam presumptionē quod esset filius mariti quia natus in domo mariti: et idem And. sūm. in consi. lviij. Sapienter dixit psalmista. in. u. lib. ibi in fortiori casu consuluit ampliando. d. s. defuncto. quod etiā si virorū non habitaret cum marito sed cum eo qui illam carnaliter cognoscebat, si tamē maritus ad illam habebat facultatem accedēdi pro arbitrio suo et libera voluntate licet non habitaret cum marito tamē haberet locum dispositio. d. s. defuncto. vt presumat filius mariti fauore matrimonij et filiationis: et cū supradictis concordat Bal. in consi. ccx. Punctus talis est. in. fi. lib. v. et vbi inquit quod licet virorū probeatur adultera tamē in dubio filij presumitur iustus per text. in. d. l. miles. s. defuncto. et dicit quod ista presumptio attenditur nisi p̄ba. tio negativa concludat necessario in oppositum clarum est antez quod probations que in contrarium obiectum non sunt concludentes: et sic Bald. videtur casum nostrum determinare: et idem cōcludit Bened. capra in consi. u. Cum virorū considerato. vbi alleg. d. l. miles. s. defuncto. ibi tamen postea contrarium tenet in illo casu quia non erat natus in domo mariti sed in domo eius qui il lam illicite cognoscebat: et in casu isto hoc non cadit: quia iste fuit natus in domo mariti quo casu concordat cum supradictis: vide tamē De. de anc. in consi. crrv. Barba. in consi. l. viij. lib. iij. Ale ran. in consi. l. xxvij. col. pe. lib. vij. Lor. in consi. s. col. x. lib. s. qui videntur dissentire a supradictis. vnde cogitandum erit quando casus occurreret. *Laus Deo.*

### Summarium.

- Amita soror patris quod sit in tertio gradu.
- Filia an admittatur simul cum sorore matris ad successionem bonorum sue matris premortis abintestato.
- Verbū propinquiores, positum in statuto tam masculos quam feminas comprehendit.
- In successione abintestato masculi pariter cū feminis succedunt.

**Consilium. ccccclvij.**

**D**uino iplozato p̄ficio.

Als dum essem p̄sis cōsulni pro domina Julia quod ipsa simul cu. domina Maria sua mater tera ad hereditatem Cecile admittatur: et post redditū consilii ad quedā dubia responsum fuit. Nunc iterū nōnulla dubia excitantur quibus respoſio clara videtur ex his que dīri in consi. et nō fuisse opus vel terius insistere: tamē vt petenti aliqua ex parte satisfaciā, et pro clara resolutione cōsiderandum est quod si dñia Antonia mater. d. Julia viveret non est dubium quod ipsa simul cum dñia Maria sua sorore ad hereditatē. d. Cecile admitteretur quod utraqz soror patris et sic amita in tertio gradu, vt haberetur institu. de gradī. et in. l. s. tertio gradu. in. l. iuris consil. tū. s. tertio gradu. ff. de gradī. et de hoc non fuisse dubitandum.

2 Solum ergo videndū est an. d. Julia succedat in locum dñie Antonie sue matris ita quod ipsa simul cum dñia Maria sua mater tera ad hereditatem. d. Cecile admittatur. Et breuiter cōcludendum est quod sic: et ista cōclusio clara videtur vigore statuti quo canet vniuersaliter quod in hereditate cuiuslibet decendentis abintestato, et sic vniuerlaliter loquitur et excipit neminem, vt dicitur in. c. solite. de mai. et obe. et facit rub. ff. quod cuiusqz vniuer. et postea in propinquioribus ex parte matris idem disponit, vt supra et subiicit: et ita in gradibus venientibus ex transuerso hic ordo seruetur, et in istis verbis casus noster deciditur quod dñ. dñe sunt de transuersibus vt habetur in. s. inter eas quoqz personas institu. de nupt. in. s. tertio gradu. insti. de gradī. cum si. s. alleg. et quod dictum est de filio vel nepote qui admittuntur simul cum patruo prout statutum dicit, idem videtur in filia que ingreditur locum matris etiā mater tera simul admittitur, vt no. Bald. cōsi. clxxj. casu talis est quidam

# Quinta pars consi. do. Philippi Decij.

titus.lib.v.in ordine meo. et est text.in.s.reliquum.in auf.de here.  
ab intesta.veni.vbi loquitur de filiis et filiabus que ut ibi dicit in  
suorum iure parentum succedunt. et hoc secundum statutum habet locum in  
huncitate cuiuslibet ut inquit statutum. et s.dicatum est: et discurrodo hoc  
modo de qd.nostra est casus in.d.statuto. et vbi est casus legis. ibi  
nulla videtur dubitatio.l.ancille.vbi Bal.in.iij.not.C.de furt. et in  
statuto tradit L.or.in consi.cir. Eliso in infra scripto themate.in fi.li.j.  
et ad quedam que in contrarium adducetur responsum fuit in cō.  
filio. Nam primo non obstat. et statutum in quo facimus fundamen.  
tum non videtur habere locum in feminis: quod videtur loqui in ma.  
sculo. quod hoc non est verum vbi loquitur de propinquioribus ita  
le verbum comprehendit masculos et feminas. ut not. Bal.in consi.  
ccxxij.in questione.lib.iij. et in consi.vij.super primo puncto.in  
prin.lib.iij. et idem est in verbo proximiorum. ut tradit Ang.in consi.  
ccxxir.yiso facto.in princi.cum si. ut diri in l.iij.ff.de regi.iij.in si.  
4. Secundo respondetur in successione de qua agit pariter succe.  
dunt masculi cum feminis.l.marmū vitium.C.de lib.prete. et per  
illuminter.no. Pe. de anc.in consi.cir. pro clariori decisione.in ver.  
ulterius aduertendum. et sic sumus in materia indifferēti que ita cō.  
uenit feminis sicut masculis: et tali casu si masculinū profertur a le.  
ge vel statuto masculinū cōcipit femininū: quod eadē ratio videtur. ut  
no. Bar.in.l.iij.in ff.de pecu.in.l.iura.in fi.ff.de legi.cum si. ut di.  
xii in consi. et quod ad omnia que in contrarium adducuntur fuit re.  
sponsum in consi. videtur superfluum ulterius insistere. et ideo in fau.  
rem.d. Julie iterum cōcludo ex ipsa summa cum dñā Maria ad be.  
reditatem.d. Ecclie admittatur virtute statuti in quo fundamen.  
tum irrefragabile videtur. *Laus Deo.*

## Consilium.ccceclix.

**D**e donatiōe facta a patre filie in fraudem. et quomodo frans  
seu simulatio probetur.

## Summarium.

1. Simulatio ex coniecturis et probationibus probatur.
2. Que presumptiones sufficiant ad reuocandum donationem.
3. Frans presumitur ex alienatione omnium bonorum.
4. Donatio facta uxori a marito habet tacitam conditionem si uxor  
superueniat post mortem mariti.

## Juino iplorato p̄sidio.

**D**Conclusionem in casu proposito superiorius firmata et a  
preclaris doctore iuridicam esse arbitror per ea qd.s.  
dicta sunt. Et primo circa simulationem que probatur ex conie.  
cturis et presumptionibus. ut no. Bald.in.l.emptione.C.plus va.  
quod agi.in.l. et qui.circa fi.C.de distrac.pig. et Pau.de cast.in cō.  
fi.terriij.visis his.col.fi. et in consi.ccxxvij.in causa mota.co.iij.ybi  
inquit quod simulationes occulte sunt et non adhibentur testes et  
alter de altero confidit: et ideo ex coniecturis simulatio probatur.  
et ad nostram.de empt. et ven. et idem tradit Pet.de ancha.in consi.  
ccvij.si predicta sententia.colum.ij. et Eleran.in consi.cxcvij.visis  
dubitacionibus.col.fi.lib.vij. et in casu isto sum ea que s.dicta sunt  
manifeste evidentur esse presumptionis simulationis que simulatio.  
nem probant simulationem. Prima presumptione surgit ratione  
coniunctionis quia donatio fuit facta filie. ut not. Bar.in.l.no so.  
lum.S.jff.de rit.nupt.Bal.in.l.si quis post h.c.e.C.de bo.proscript.  
col.i.inf.i.in versic. tertio si sit facta in coniunctam personā. not.in  
l.data.C.de dona.in.l.penul.in princi.ff.de bo.lib. et tradit Luma.  
in consi.clv.Antognolus.col.ij.Bart.in.l.post contractum.col.ij.  
de dona. Secunda presumptione est quod in tali donatione maior pars  
bonorum comprehenditur. quo casu sicut et prelumptione fraudis in.  
surgit in eo qui omnia bona alienauit. l.Omnes.S.lucius.ff.de his  
que in fraud.credi.idem est in alienatione maioris partis bonorum.  
ut not. Bald.in.l.j.in iij.q.C.si quid in fraud.pa.allegat glos.in.l.  
nomen.S.filio.de leg.ij.facit ter.in.l.propter litem.ff.de execu.tut.  
er vna enim magna alienatione frans presumitur. ut Bald.oicit  
in.l.frans.ff.de legi.zin co qui alienat eius melior amēta. idē dicit  
Ang. in.l.ij.in princip.C.de dona.inter vir. et ux. et in.d.l.si quis  
post bac.col.penul.Tertia presumptione surgit ex eo qd.P. Dan.  
lus donator semper remannit in possessione dictorum bonorum q  
casu enā colligitur suspicio fraudis et simulationis. ut no. Bar.in  
d.l.post contractum.col.ij.in ver.tertio presumitur. per.l.sicut.S.  
superiacum.ff.quib.mo.pig.vel hypo.sol. et ibi Bart.idem dicit  
cum simi. ut diri in consi.ccxxv.alleg.S.per primū dominum con.  
sultorem. Nec hinc ultime presumptioni obstat videtur quod dona.  
tor ipse non videtur quod possit allegare fraudem vel simulationem  
in qua ipse interuenit: arg.l.cum profitearis.C.de reuo.don.in.l.  
si creditoribus.C.de seruo pigno.da.ma.in.l.filio.C.de his que in  
fran.credi.qz respōdet Bart.in.d.l.post contractum.col.ij.in ver.  
sic. sed an vendor ipse vbi dicit iura allegata procedere quando  
agitur quod contractus factus in fraudem fisci vel aliquius priu.  
tis lecus dicit esse quando vendor vult dicere venditionem facti.  
ciam esse non in fraudem alterius sed. ut se defenderet a tyranno

vel alia iusta causa: quod tunc potest allegare simulationem factā ad  
suā defensionem.l. quamvis.l.cum proponas.C.si quis alteri vel  
sibi. et ita videtur in isto casu quia facta fuit simulatione pro cōserua.  
tione bonorum et iurium ipsius donatoris et concurrentibus tri.  
bus supradictis presumptionibus videtur sufficenter probata si  
mulatio. Et supradictis cōserunt plura que diri in consi.ccxxv.  
4. supra allegato perdominum consultorem. Et Secundo principa.  
liter alio clarissimo et irrefragabili fundamento donatio de qua  
agit non potest habere locum quia filia cui donatio fuit facta a  
patre ut narratur est mortua patre. viuente quo casu in donatione  
inter virum et uxorem donatio facta uxori a marito habet tacitam  
conditionem si uxor superueniat post mortem mariti. ut est ter.l.a  
marito.C.de dona.inter virum et ux. et l.inter virum. ff.de reb.ou  
bijs. et ideo uxore premortua donatio illi facta a marito resoluta  
ut dicit in consi.ccxl.allegato.S.a dominis consultoribus et quod ei.  
xii in donatione inter virum et uxorem. pariter idem dicendum est de  
donatione inter patrem et filiam quod donationes predice equipa.  
ratur.l.donationes.C.de dona.inter.vi. et ux. et hoc fundamentū  
omne tollit dubitationem. *Laus Deo.*

## Summarium.

1. Decretum seu statutum prohibens venditionem. donationem.  
et alienationē bonorum immobiliarum. an habeat locum in  
ultima voluntate.
2. Species restringit genus.
3. Ultima voluntas debet esse libera.
4. Hereditis institutio prohibita non videtur alienatione prohibita.
5. Ex proemio vel principio cōstitutionis causa finalis demonstrat.
6. Respicientia utilitatem publicam late intelligi debet.
7. Statutum tribunēs premiū accusanti extēditur addenuntiantem.
8. Verbum alienare est generale. tamen eo cōprehendit omnis actus  
quem dominum transfertur.
9. Iura fraudem remouentia late interpretari debet.
10. Testamentum largo modo contractus dicitur.

## Consilium.ccccclx.

## Juino iplorato p̄sidio.

**D**enocatur in dubium et querit an statutum seu de.  
cretū Balie supremi magistratus Senarum dum pro.  
bilem vocationē donationē et alienationē bonorum immobiliarum ha.  
beat locum in ultima voluntate. Et prima facie videbat dicendum  
qd non. ex eo qd specialiter Bal.scribit in consi.ccclj. Casus talis  
est. quidam de civitate Lucana.lib.j.ybi in.y.col.in versi. et ad eu.  
identiam est considerandum. et ibi dicit qd verba statuti videntur  
determinare hanc questionē qd dictū statutum non habeat locum  
nisi in cōtractibus qd verba statuti dicunt post prohibitionem qd  
contractus sit ipso iure nullus: ista enim clausula declarat totum  
statutū. ut not.in.l.si idem cum eodem.S.jff.de iurisd.omni.audi.  
in.c.scđo requiris.de appell. et statutū licet in principio loquatur  
generaliter tamen post genus sequitur species restrictiva duz di.  
cit qd conractus sit nullus. unde et species restringit genus.l.si  
cum fundum. ff.de verbo.sign.in.l.legator.S. qui plures.de leg.  
ij. et absurdum videt qd statutū intelligatur in ultima voluntate  
qd que debet esse libera.l.j.C.de fac.sanc.eccl. et qd verba geserunt  
contrarerunt non pertinent ad ins testandi.l.verba contrarerunt.  
ff.de verbo.signi. et latius predicta tradit Bal.in consi.p̄ alleg.  
que omnia applicari videntur in isto casu in quo dicit qd conuen.  
tio sit nulla. et in effectu istud decretum loquatur in cōtractibus  
non habet locum in testamento nec econtra. ut not. Bar.in.l.estas.  
mentum post glo.ibi.de testa. et facit ter.in.l.pater filium.S.fundū.  
ff.de legat.ij.ybi prohibita alienatione non videt probita he.  
reditis institutio. et facit ter.in.l.ex hoc edicto.S.alienare ff.de alie.  
natione iudi.mutan.causa factabi. sed et heredem instituendo. velle  
gādo si et liquid alienet huic edicto locus nō erit. Quibus tamen  
et similibus non obstantibus cōtrarium de iure in casu proposito  
esse arbitrio inspecta mente et ratione statuti siue decreti pro fun.  
damento premittendum est qd dictum decretum fuit factum pro  
pter utilitatem publicam ut ex principio decreti colligitur ibi. per  
preservare la quiete pace et libertate de la republika. Nam ex proe.  
mio vel principio constitutionis causa finalis demonstratur.l.j.  
in prin.ybi Barto. per illum text. ff.de here.in si.not.Bald.in.l.  
in prin. ff.de origi.iur. et hoc modo arguit Bart.in.l.ambitiosa.col.  
penul.in versi.visis et examinatis. ff.de decre.ab ordi facien.Lar.  
di.in consi.ccxxij.Duo sunt.in prin.in consi.cclyj.Uidef.in prin.  
imo.in consi.ccxyij.Uisis.col.j.in versic.item videtur.Roma.in  
consi.vij.viso themate.Eller.in consi.vij.Uisis.col.ij.lib.ij.zin consi.  
lv.Quoniam.in princ.lib.v.cum simi.que nota sunt. et ideo verba  
dicti decreti debent late interpretari quia illa et que utilitatem pu.  
blicam respiciunt late intelligi debent. ut not. Bart.in.l.j.s.exer.  
citum. ff.de his qui notan.infa.in.l.que madmodum.C.de agric. et  
censi.lib.xj. et tradit Dau.de cast.in consi.xxij.Uiso.puncto.col.  
penul.ybi

firmata videtur de pleno procedere. **Laus Deo.**

**Summarium.**

- 1 Statutum quod bona non possint in forensem alienari valet.
- 2 Causa finalis statuti ex proemio colligitur.
- 3 In penalibus fit lata interpretatio quod agitur de utilitate publica.
- 4 Qualitas a statuto requisita probari debet et statutum locum habeat.
- 5 Forensis quis dicatur.
- 6 Subditus quis proprie dicatur.
- 7 Que in facto consistunt non presumuntur.
- 8 Linitas patri acquista transit in filium.
- 9 Privilium ciuitatis non acquiritur absenti.
- 10 Per rescriptum principis non potest filius ignorans vel inuisitus redigi in patriam potestatem conferendo in ipsum donum legitimacionis.
- 11 Notarius absenti acquirere et stipulari potest.
- 12 Ex stipulatione notarii trahatur utilis actio sine cessione in illa cui notarius stipulatur.
- 13 Qualitas adiuncta verbo, sicut tempus verbi intelligitur.
- 14 Institutio cum a principio fuerit nulla, postea non conualescit.
- 15 Electus quando propter inhabilitatem personae est nullus licet sit remota inhabilitas non propter hoc actus reconualesceit: sed opus est novo consensu et quod in effectu actus reiteretur.

**Consilium.ccccclxi.**

**Duino implorato p̄sidio.**

In casu de quo dubitari contingit in inclyna ciuitate Rhegii circa statutum quo disponitur quod bona immobilia non possint alienari alicui foreni vel habitatori extra ciuitatem vel districtum Rhegii non subiecto statutis et ordinamenti ciuitatis Rhegii et non sustinente onera realia et personalia in communione Rhegii, et talis prohibitio est facta etiam in ultima voluntate etiam per heredis institutiones, ut in statuto latius continetur: et casu quo contrafactum fuerit res alienata esse intelligatur ipso iure et facto confiscata, applicata et in corporata communione Rhegii et ipsius rei dominium et possessio sit et esse intelligatur translatum dominium et translata, s. possessio i dictu cōe autoritate presentis statuti. Est ergo videlicet data validitate statuti an uba dicti statuti verifiedata sint in isto casu. Primo non videlicet de validitate statuti: quod statutum quod bona non possint in forensem alienari, ut non Bar. in. l. dudu. C. de contrahē. emp. in. l. si in emptio. S. oīum rerū. ff. de contrahē. emp. per illā tex. ibi, mores ciuitatis et idē Bar. in. l. de his. C. de pred. et omni. reb. nānic. lib. xj. cum simi. ut tradit Alex. in osi. cij. Uisis scripturis. col. ii. lib. ii. et Cornelius. in consil. lxvij. Quādā videat. col. j. lib. j. et Pau. de cast. in consil. cxvj. Posset quis dicere. co. j. et tale statutum videlicet factum ppter utilitatē publicā ut statutum in prin. expresse dicit: nam ex proemio statuti causa finalis statuti colligit, ut no. in. l. j. in prin. ybi Bar. ff. ad mace. in. l. f. vbi Bar. ff. de here. insti. et not. Lard. in consil. cxvij. Duo sunt. in prin. cū si. ut dixi in. l. j. si cert. peta. in. ii. lectura. et cū tale statutum respiciat utilitatē publicam debet late interpretari: quod etiam in penalibus quando agit de utilitate publica sit laeta interpretatio: ut no. Bar. in. l. ii. S. exercitū. ff. de his que notā. infa. et in. l. quēadmodū. C. de agri. et cēsi. lib. xj. et tradit Paul. de cast. in consil. xxij. Uiso pūcto. col. pe. vbi allegat tex. in. l. j. S. fin. C. de cadu. tollē. et facit tex. in. l. si qd in graui. S. bi quoq. ff. ad filla. et qd ibi Bar. et diri in consil. lxvij. Statuto caueat. est ergo videlicet an

- 2 species restrinquit genus, et verbum generale alienationis restringit ad contractus, ut per Bald. in consil. supra allegato in contrarium: quia hoc non videtur habere locum in casu isto in quo laeta debet fieri interpretatio per supradicta, et ideo illa clausula generalis de alienatione intelligitur ultra casus specificatos et videatur ampliare dispositionem. I. stipulationes commodissimuz. ff. de verb. obliga. et ita videtur in proposito quia prius dictum est de veditione et donatide in specie, et subiectum prohibito generalis, o sotto alcuno quesito colore alienare: ista generalis clausula inducta ad ampliandum non debet restringere. ar. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. et in terminis in isto casu tradit do. Bart. soci. in consil. cclj. Non ob. ter. in. l. pater filium. S. fundum. ff. de lega. iii. vbi prohibita alienatione non videtur prohibita heredis institutio quia respondetur quod ibi alienatio fuit prohibita ad tempus donec prohibitus fuerit: ideo non probabetur de illa re testari quia alienatio conferetur post mortem: secus videtur in casu isto in quo prohibito alienatio fuit facta generaliter per ea que supradicta sunt. Non obstat tex. in. d. l. edicto. S. alienare. quia respondetur quod ibi fuit facta prohibito alienatio dolose et in fraudem: qui dolus et fraus videntur cessare in ultima voluntate, et declarat Barto. in. l. p. to. S. fratre. ff. de leg. ii. et ita remotis contrariis conclusio superiorum
- 3 qualitas requisite a statuto concordat: quod ad hoc ut statutum habeat locum qualitates statuti debet probari, ut no. Bar. i. l. j. S. ait pretor. ff. ne quid in flumi. publi. et facit quod non. Joan. an. in. c. j. de homi. in. vi. et Bal. refert et sequitur in. l. si quis non dicatur rapere. col. iij. C. de epis. et cle. cū simi. que nota sunt: et in isto statuto tres qualitates ponuntur ex quibus quis inhabilis reddit, ut acquiri rere non possit. Prima est si forensis sit. Secunda si sit non subditus statutis Rhegii. Tertia si non sustineat onera realia et personalia in communione Rhegii: et iste qualitates videantur copulari per se principaliter ita quod quelibet ex dictis tribus qualitatibus producat istum effectum in capacitatis: prout in simili casu reperit, in. l. j. in prin. ff. de his qui non. infa. vbi Bart. et idem Bar. in. l. j. in prin. de insti. et iur. videlicet est ergo an predicte qualitates probate sint. Et in effectu tria dubia occurruunt. Primum est an Federicus heres institutus a domina Eatherina dicatur forensis in dicta ciuitate Rhegii ita quod dicatur incapax dicte institutionis et formam statuti. Secundum dubitatur an dictus Federicus dicatur non subiectus statutis et ordinamenti ciuitatis Rhegii. Tertio queritur an dictus sustinere onera realia et personalia communione Rhegii. Circa primuz clarum videat de iure quod iste Federicus dicatur forensis in ciuitate Rhegii: ex quo ibi non habet originem nec domicilium nec incolatum: ideo dicit forensis quod forensis venit ad locum vbi non sortitur forum aliqua ratione. S. si vero aliqui in aut. de questio. et istum tex. allegat Bald. in. l. de quibus. col. ix. in versi. quarto quod
- 4
- 5

# Quinta pars Consiliorum. Philippus Decij.

ritur in f. ff. de legi. et in l. iiii. §. hec verba in f. ff. de nego. gest. et fo-  
 rensis ille dicitur qui nō est de isto corpore ciuitatis vel castri: qd  
 nō est ibi ciuis nec in colla, ut no. Bar. in trac. repres. in. iiii. q. v. q.  
 prin. et tradit Eller. in cōsi. xxxiiii. visis et ponderatis. col. pe. lib. v.  
 cum ergo dictus Federicus sit forensis in dicta ciuitate R̄begij et  
 institutus fueris heres a dñia Catherine cōtra expressaz prohibi-  
 tione statuti pena imposta a statuto videtur habere locuz. Et  
 idem videtur breuiter dicenduz in. ii. dubio. qd. Federicus non  
 est subiectus statutis ciuitatis R̄begij. Nam subditus proprius di-  
 citur ratione domicili, ut not. p. glos. in cle. i. in verbo, subditos.  
 in f. de fo. comp. que dicit qd l3 quis forū sortiatur ratione con-  
 tractus vel delicti nō proprius dicitur subditus: et facit glos. in. c.  
 statutu. §. cum vero. in verbo, ynam dietā. de rescript. in. vi. cum  
 er go. d. Federicus nō sortiatur forum aliqua ratione in dicta ci-  
 uitate R̄begij clarū videtur quod dicatur nō subditus: et qd cuz  
 sit forensis in tali loco, ut. s. dictum est: et a fortiori dicitur esse nō  
 subditus ex eo qd no. Pau. de ca. in. cōsi. s. alleg. cxvij. posset qd  
 dicere. col. fi. in ver. ad notata vero p. Bart. ybi inquit de mulie-  
 re nupta extra territorium que in loco originis nō dicitur foren-  
 sis proprius ex quo ibi originē habet: et tamen prie dicitur ibi nō  
 subditus: et ideo in casu nostro. d. Federicus dicitur indubitate  
 nō subditus, et sic inhabilis ita qd institutio facta de eo nō valet,  
 et sic etiā ex isto secūdo capite redditur inhabilis. Et idem cōclu-  
 denduz est in tertia qualitate qd dictus Federicus nō sustinet o-  
 nera realia nec personalia ciuitate R̄begij, quo casu etiam ex  
 isto capite inhabilis redditur a statuto, et quod nō sustineat onus  
 ra hoc est facti: ideo probari debet ab aduersario, qd ea que i sa-  
 cto cōsistunt nō presumuntur. l. in bello. §. facte. ff. de capti. c. cuz  
 in iure. de offi. deleg. facit tex. in. l. i. C. de probat. et in. l. assueratio  
 C. de nō nu. pecu. et hoc modo arguit Bal. in rub. de si. instru. co.  
 iiii. Abb. in consil. xxxij. circa primū. col. j. in fi. lib. ii. Nō ob. supra-  
 dicte conclusioni qd uno. d. Federicus videtur qd esset capax tem-  
 pore institutiōis qd sius pater Petrus, creatus fuit ciuis R̄be-  
 gij simul cuz filijs et siis descendantibus, et habetur in pmo pro-  
 cessu. chart. lxxvij. et est etiā de iure qd ciuitas patria acquisita  
 transit in filium, ut notat Bart. in. l. assumptio. §. filius. in. fi. ff.  
 ad municipia. teod. ti. in. l. libertus. §. patris. ideo videtur qd. d.  
 Federicus esset ciuis R̄begensis et priuilegio a Petro suo patre  
 obtento. S3 ad hoc respondetur dupliciter. Primo quod tale  
 priuilegiu. ciuitatis nō fuit quesitu. dicto Federico filio quia  
 ipse erat absens tempore quo concessum fuit dictū priuilegium  
 et d. Federico absenti nō fuit acquisitum priuilegium ciuitatis  
 vt i terminis tradit Pet. de ancha. in consil. cxix. Uisis puncto sta-  
 tutor copia instruēti, qd i tali ciuitate notitia necessaria est: et  
 cōsensus ciuius creati requiritur; alleg. l. absenti. ff. de dona. z. l. qui  
 absenti. ff. de acqui. possit. et arguit Pet. de ancha. ibi: qd equipa-  
 ratur potestas patrie in ciuem suum, et patris in filium, ut no. l. l.  
 veluti. ff. de iusti. et iure. et quandoq; amor patrie pferendus est. l.  
 postliminium. §. filius. ff. de capti. l. minime. ff. de religio. S3 per  
 prescriptū principis nō potest filius ignorans vel iniuitus redigi  
 in patriam potestatem conferendo in ipsum donu. legitimatio-  
 nis. §. generaliter. in aut. quibus mod. natur. efficiu. sui. ergo pa-  
 riter dicit Pet. de ancha. cōferendo donum ciuitatis requirit  
 consensus eius qui in ciuem recipitur: licet enim in quibusdā ca-  
 sibus dīpositio in absentem collata sortiatur effectu. anteq; ad  
 ipsum perueniat illud videt habere locuz ybi tractatur de solo  
 cōmodo. Tamē in casu isto ybi agitur de onere ciuitati amero  
 videt cōsensus necessarius eius qui creatus sit ciuis. arg. l. sicut.  
 C. de actio. et obliga. et ad hoc facit qd no. Bal. in. l. i. C. de his qui  
 filios distractare ybi in effectu cōcludit qd ciuitas acquisita a pa-  
 tre nō astringit filium nisi filius ipse cōsentiat cum ergo non ap-  
 pareat de consentu dicti Federici filij factum a patre non vide-  
 tur eius filio preindicare. Nō obstat si dicatur qd absenti fuit  
 ius quesitu mediante notario qui absenti acquirere et stipulari  
 potest, ut no. Bar. in. l. stipulatio. §. si stipulatio. §. si stipuler. ff. de  
 verbo. obiga. col. penul. in versi. tertio fallit. in. l. nec ei. §. eorum. ff.  
 de adopt. tex. in. l. non enim aliter. ff. de adopt. et in. c. quamq; de  
 usur. i. vi. qd ad hoc respōdetur quod stipulatio notarii nō facit  
 qd absenti ius acqrat nisi sequuta ratificatiōe: et tradit Pau.  
 de castri. in consil. cxvij. Uisis his que narrantur et plene allegata  
 sunt. col. iiii. in versi. secundo vidēdu est. in nouis. in secunda par-  
 te. §. ybi dicit qd notarius potest stipulari absenti et ignorantii  
 quātum ad hoc vt sequuta ratificatiōe velis querat sine cessione  
 illi cui notarius stipulatus fuit et qd nō obstante stipulatione no-  
 tarii requiratur ratificatio eius p. quo stipulatus fuit notarius  
 etiam no. Bal. in. l. nec ei. §. satisdatio. in. iiii. et. vi. questione. ff. de  
 adopt. cuz simi. yt dixi in consil. cxxvij. Adagister Jo. de Alben-  
 co. ergo nō appareat de ratificatione dicti Federici nō videt  
 illi fuisse ius quesitu in dicta ciuitate. Secundo principalis  
 ter respōdetur qd ciuitas acquisita a patre Federici fuit cu ista  
 qualitate quāmodo ipse veniat prestare sacramentu. fidelitatis

in solenni et valida forma degerendo se fideliter tam domino dis-  
 ce ciuitatis qd prefate cōmunitati R̄begij cuz debitū clausulis  
 superinde necessarijst opportunis, ut ptz in primo pcessu. i. bar-  
 ta. lxxvij. Nam illa verba dummodo sine faciant modu. sine con-  
 ditionem illud requisitum debuit prius impleri et ante impleme-  
 tum nō videtur qd ciuitas acquisita fuerit, vt in terminis scri-  
 bit Pet. de ancha. in dicto cōsi. cxix. visis. punto. in. versi. et nō  
 solum. de iure cōmuni. r̄terius cōsiderandum est qd institutio  
 de qua agitur a principio fuit nulla propter inhabilitatē persone,  
 13 qd qualitas adiuncta verba, sūmē tēpns verbī intelligitur. l. i. de-  
 lictis. §. si extraneus. ff. de nō. ybi Bar. et. l. si titius. ybi Bar. ff.  
 de testa. mili. et late Bar. in. l. ex facto. col. ii. ff. de vulg. et pup. et te-  
 pore quo Federicus fuit institutus erat inhabilis qd erat forensis  
 non subditus et onera nō sustinebat et consequenter incapax erat  
 14 sūmē statuti et cum a principio institutio fuerit nulla post  
 ea nō connalescit per regulā. l. qd ab initio. ff. de regu. iuris. facit  
 tex. in. l. eius qui. in. prin. et in. l. si filius. ff. de testa. z. instit. de exhibere.  
 libero. in. prin. et nō sufficiat qd causa inhabilitatis et incapacitatis  
 cōsset nisi confirmatio superueniat, ut no. per Dyn. in. regula. nō  
 firmatur. de reg. iur. in. vi. et Barto. Dyn. sequitur in. l. p. fundū.  
 ff. de seruitu. rusti. predi. et facit tex. in. l. si minor. ff. de seruis expor.  
 z. in. c. i. §. idem quoq; de despon. impube. Et tradit Eller. in. cōsi.  
 cxix. viso processu cause. colum. fi. in. versi. nec sufficit quod ex post  
 facto. lib. ii. et late Roma. in. consil. cccccxix. circa propostā cōsulta-  
 tionem. in. v. dubio. ybi cōcludit i pen. colum. quod sola cessatio  
 inhabilitatis nō inducit actus recōualeſcentiam sed nouus con-  
 sensus requiritur ad actū cōualidandum, et ibi ad hoc plurā iu-  
 ra inducit et presertim tex. in. l. eos. ff. de ritu nupti. ibi. si in eadē  
 voluntate perseverat, et in. l. i. in. fi. C. si rector prouinc. et in. c. i. §. i. i.  
 versi. nec matrimoniu. Ex quibus iuribus s3 Ro. patet qd qua-  
 do propter inhabilitatē persone actus est nullus: licet remota sit  
 inhabilitas nō propter hoc actus reconnaſcit, sed opus est no-  
 nō cōsensu et quod in effectu actus reiteretur, et ad idem facit tex.  
 in. l. i. C. de cōtractibus iudicium. et in. c. si eo tempore. de rescript.  
 in. vi. et idem cu in casu isto institutio Federici fuerit nulla ppter  
 incapacitatem Federici attento statuto concludenduz est quod  
 nō reconualidita sit dato quod cessaret inhabilitas nō reiterata  
 fuerit per supradicta. Laus Deo.

## Consilium. cccccclxij.

Legatus factū aliquibus in eadem oratione cōnnectim, uno  
 eorum mortuo legatus ad collegatarium pertinet, et de donatio-  
 ne facta alicui, et filiis quod intellegatur ordine successu.

## Summarium.

- Legatum si fuerit datum duobus fratribus in eadem ordi-  
 natione cōnuncti an uno moriente testatore portio deuen-  
 iat ad superstitem post mortem ipsius testatoris.
- Donatio causa mortis ultima voluntas dicitur.
- Emphyteosis cōcessa patri et filiis ordine successu intelligitur.
- Verba appellativa ordine successu intelliguntur.
- Proximiores in quibus casibus ordine successu admittantur.
- Fideicommissum quod defertur de persona in personam adi-  
 nem hereditatis requirit.

## Uino implorato psidio.

Accurate et eleganter absoluta fuit presens consulta  
 tio a p̄clarissimo A. J. docto. domino Nicolao deno-  
 bilibus acutissimo oliz discipulo meo et de simplici subscriptiōe  
 requisitus agam pacis, maxime quia res modicā dubitationē  
 habere videtur sūmē ea que pponuntur, more Scenole iuriscon-  
 sulti. Nam cum legatum factū ser. Romano et Antonio marie  
 fratribus in eadē oratione cōnuncti fuerunt dicti fratres lega-  
 tarū re et verbis, ut est tex. in. §. cōnuncti autem institu. de legat.  
 not. in. l. re cōnuncti. ff. de lega. iii. et cuz portio dicti Antonij ma-  
 rie defecerit: qd mortuus est vivente testatore: totu. legatum ad col-  
 legatarium pertinet, ut est casus in. §. si antē res duobus institu-  
 de lega. et sicvidetur fundata intentio ser. Romani, et ipsetur ac-  
 crescendi integrū legatum consequatur. Et qd dictum est de legato  
 idem est in donatione causa mortis. l. i. §. hec autem omnia. C. de  
 cadu. tollen. Et quia donatio causa mortis dicit ultima volun-  
 tas. l. fi. de dona. causa mortis. §. i. institu. de dona. Nec obstat qd  
 stipulatio interposta sit, quia p. hoc nō alteratur, ut est tex. i. l. i.  
 §. si quis sub conditione. ff. vt leg. nomi. can. i. l. si leg. ati. ff. de leg.  
 i. vt no. Barto. in. l. cum quis decedens. §. i. ff. de leg. iii. in. l. fi. ff. de  
 solu. Bal. in. l. fin. C. de consti. pecu. Non obstat quod legatum fa-  
 ctū sit vel donatio facta sit Antonio marie et filiis: quia successio  
 ne hoc intelligitur vt filii veniant post patrem, ut dicitur de em-  
 phytesis cōcessa patri et filiis, ut no. Bar. in. l. quod dicitur. col.  
 fi. in princip. ff. de verb. oblig. in versi. induco ad questionē. et idē  
 Pet. de ancha. in cōsi. cxliij. Pro domina Paula. col. i. Roma.  
 in consil.

la. col. xxii. Proposito misi. in prin. et in consi. xxxv. Visa facti serie. in princ. Et ita communis obseruatio interpretatur, ut dicit Cornens in consi. xlvi. In presenti cōsultatione. col. ii. et hoc comprobatur, quia legatum fuit factū predictis legatariis, et suis que verba appellativa videntur, que ordine successivo intelliguntur prout de familia dicuntur. l. cum ita. s. f. ff. de lega. n. ybi proximio res successione admittantur, et in l. peto. s. fratre. ff. de leg. ii. in l. fi. in versi. quero quo ordine. ff. de reb. dn. Et de liberis et descendentiibus tradit Elerā. in consi. xxiij. In causa vertente inter Anto niū. lib. iii. in prin. Et tale fideicommissum quod defertur de persona in personā requirit aditiones hereditatis que fieri nō potuit a dicto Antonio Maria qui mortuus est viuente testatore iō fideicommissum non potuit babere locū. l. eam quam. C. de fidei. col. l. ex testamento. eo. titu. si nemo. ff. de testa. tute. et l. si nemo. ff. de reg. iur. Et quia vix diri in principio res adeo plene docte, et sufficiēter discussa terminata fuit a prestatissimo iuris utriusq; doctore domino Nicolao, olim discipulo meo ut nihil ab eo pretermisum fuerit in materia necessariū: ideo his paucis cōtentus fuit. Laus Deo.

## Consilium. ccccclxiii.

Quod possessorum sit intentatum patet ex cōclusione, et quia videtur modici preiudicij sufficit probatio per vnum testē, et possessio quomodo probetur, et que debet probari in interdicto turbate possessionis.

## Summarium.

- 1 Possessorum quod sit intentatum patet ex conclusione.
- 2 Semiplene probationes in causa possessorij sufficiunt.
- 3 Ex collectione fructuum probatur possesso.
- 4 In interdicto turbate possessionis que probari debent.
- 5 In possessorio non est opus causam allegare.

## Guino implorato p̄sidio.

In causa mota per dominam Jacobinam de Gasparis contra reos conuentos ex narratione, et medio cōcludendi libelli apparet iudicium esse possessorū et intentatum esse interdictū vti possidetis qđ datur possidenti contra turbā et inquietatē, et not. Bart. in. l. i. s. huius autem interdicti. in prin. ff. vti possi. et hoc communiter tenet, ut Abb. dicit in. c. li. cet causam. col. pe. de proba. cū simi. vt diri ibi col. pe. et in tali interdicto duo probari debet possesso ex patre agentis, et turbatio ex parte cōuenti, et cū causa ista possessorij sit modici preiudicij ex quo retractari pōt in petitorio semiplene probationes sufficiunt, ut dicit Bar. in. l. i. col. ii. C. quo. bo. in. l. ii. s. f. in prin. C. ybi in rez act. et no. Matesila. in tertio no. nota qđ in iudicij possessoris, et diri in consi. lvj. In causa appellationis. vnde in casu isto sufficit probatio per vnum testem vel per famam, et dicit Matesili. in loco prealleg. de possessione domine Jacobine agētis probatur quia cestes deponit qđ Michael Frācisci maritus dicte domine Jacobine tenuit et possedit: et de causa scīctie interrogati dicitur vidisse dictū Michaelē per dictum tempus secare, et secari facere ita primus testis deponit, et idē secundus et tertius, ex quorum dictis videb̄ bene probata possesso que ex collectione fructuum probatur. vt no. Bar. in. l. ii. in versi. noto ill. verba. C. de acqui. pos. in. l. titia. ff. de solu. Bal. post glo. in. l. iii. C. finium regū. cū simi. et ipsa domina Jacobina fuit heres instituta a dicto Michaelē ei⁹ marito, vt patet ex instrumento testamenti qđ in actis insertum est, et ipsa adiuit hereditatē et possessionem bonorum hereditatis acceptit, vt dicit et de possessione dicti petri prati deponit Joānes vltimus testis: et in ista causa possessorij etiā vnuis testis sufficit, et supradictū est: et ex predictis probatū videb̄ qđ in isto iudicio agenti incibit: et similiter de probatione facta reis commentis probatur per Peregrinū quintū testem qui super seruo capitulo dicit scire: qđ videt reos conuentos in dicto prato secare senū sine herbā virentē, vt ipse dicit, et cū eo concordat sextus testis Joānes, et sic patet qđ probata est turbatio possessionis ipsorum reorū: maxime qđ in isto iudicio semiplene probationes sufficiunt, et supradictū est: et in isto possessorio nō est opus causam allegare, vt no. Bal. et Abb. ibi post gl. si. de elec. Bal. in. l. solent. s. f. in vlti. q. ff. de offic. procon. et leg. Ange. in. l. i. in prin. col. ii. ff. de eden. cū simi. vt diri in consi. ccccclxvi. In causa reiterendi. col. ii. Non obstante instrumenta que adducunt: qđ illa respiciunt potius petitorū qđ possessorū de quo tātu in presenti iudicio agitur, et ideo in illis non videb̄ insistendū, et qđ agatur de solo possessorio patet ex cōclusione libelli in quo actrix petit reos conuentos cōpelli ad cēf sandū, et desistendū ab omni molestia, et turbatione: ex istis enim verbis videtur intentatum interdictum retinende possessionis, vt no. Bar. in. l. i. s. interdictū. co. ii. in ver. vltimo quero. ff. vti possi. ybi dicit quod in isto interdicto actor debet cōcludere tria. Pri-

mo quod reus a molestatione desistat. Secundo qđ decetero eius in futurum non molestet. Tertio qđ cōcēnetur ad interesse molestationis preterite, et idem Bar. i. l. i. col. pen. C. vti posside. et tradit Elerā. in consi. lxxviii. quoniam omne datū. in princ. lib. v. et in consi. xxxvi. In causa et lite vertente. col. ii. lib. ii. cū simi. vt dixi in consi. ccccclxvi. col. ii. et in dicto possessorio probata sunt ea que requiruntur, vt supradictum est: ex quibus infertur pronūtiādum esse in favorem domine Jacobine agentis cōdemnando reos cōmentos in petitis, et ita arbitror esse partes magnifici domini. La pitanci. Laus Deo.

## Summarium.

- 1 Potestatem celebrandi missas per archipresbyterū loco episcopi non potest vicarius episcopi sine speciali mādato anferre. Officium celebrandi absente episcopo competit archipresbytero.
- 2 Archidiaconus dicitur vicarius.
- 3 Episcopus nō potest officium archidiaconi exercere.
- 4 Jura que cōpetunt archidiacono nō debent nec possunt per episcopum tolli nec alterari.
- 5 Vicarius non dicitur habere dignitatem.
- 6 Jus tertii in generali concessionē exceptum videtur.
- 7 Generi per speciem derogatur.
- 8 Mandatum speciale derogat generali.

## Consilium. ccccclxiii.

**G**uino implorato p̄sidio.  
Elio eleganti cōsilio preclariss. A. J. D. domini Bar tholomei de Prato Parmenij iuridicā esse arbitror cōclusionem ab eo firmatā ī fauore archidiaconi in casu de quo queritur, videlicet in celebrandis solennibus missis absente reverēdo domino episcopo: nam ī tale officiū celebrādi absente episcopo competit archipresbytero. c. i. de offic. archipresbytere. et xxv. distin. in. c. perlectis. s. archipresbyter vero. et cū in dicta ecclesia Serenzzane nō sit archipresbyter ex constitutiōe dicte ecclesie hoc demandatum fuit archidiacono, vt expresse dicitur in versic. itē statuerunt quod archidiaconus. qđ ipse vice episcopi celebret solēnes missas ergo de hoc non videt dubitadū, et ad hoc bene facit tex. lxij. distin. in. c. si in plebibus. ybi in defectū archipresbyteri archidiaconis supplet vices eius, et licet archidiacon⁹ dicatur vicarius episcopi. c. j. t. c. ad hec. de offic. archi. hoc habet a lege, et in iuribus preallegatis: ideo ab episcopo remoueri nō potest, vt dicit Ant. de but. in. d. c. i. circa fin. in versic. quero qđ spe cant ad officium vicarii. et ibi dicit etiam Ant. de but. t. qđ episcopus non pōt officium archidiaconi exercere, et idem Lard. in d. c. i. circa si. ex quo datur intelligi quod iura que competit archidiacono non debent neq; possunt per episcopum tolli nec alterari: quia habet ius in re, vt not. per glos. in. c. ad hec. de offic. vi ca. et si nō potest per episcopum remoueri multominus per vicariū qui nō dicitur habere dignitatem, vt no. Lardi. in clemen. et si principalis. i. xxii. q. post Dan. ibi. de rescript. et ista cōclusio confirmatur: quia vicarius episcopi recipit potestatem ex cōmissione episcopi. c. finia. de offic. vica. in. vij. et dato quod generaliter habet potestatem in spiritualibus, et temporalibus: ista potestas generalis non videtur derogare iuri competenti dicto archidiacono: t. quia in dicta generali concessionē ius tertii exceptū videt, vt not. Bal. in. l. cū filius. p. illum tex. ff. de testamen. mili. facit tex. in. c. super eo. de offic. delega. in. c. ex tuarij. de autori. et vnu pal. in c. quamuis. de rescript. in. vij. in. l. ii. s. si quis a principe. ff. ne quid in loco publi. fiat. et ulterius non videtur quod vicari⁹ possit derogare constitutioni ecclesie que specialiter tribuit potestatē celebrādi archidiacono in defectū archipresbyteri. argu. c. qđ super his. de maio. et obedien. facit tex. in. c. cum inferior. eo. titu. ad idē facit: quia si ista facultas celebrandi missas solēnes fuisse data vicario non fuisse opus: quia per constitutionem dicte ecclesie concederetur archidiacono qui in hoc suppleret vices archipresbyteri ex quo vicarius facultatem habuisse, et ex supradictis videtur quod dicta facultas celebrandi qđ specialiter est data archidiaco no videtur illi data priuatione ad vicariū qui generalē habet potestatem: t. quia generi per speciem derogatur, vt in regula. gene. ri. de regu. iur. in. vij. in. l. in toto. ff. de regu. iur. in. l. vrore. s. felicissi mo. ff. de lega. iii. et specialiter facit tex. in. c. studiū. de offic. leg. ybi generalis legatus prouincie de causa specialiter alteri cōmis. sa. se non intromittit: t. quia mandatum speciale derogat generali, et istam regulam tradit Ange. in. l. cum pretor. in princip. ff. de iudi. et ibi ponit exemplū in potestate Padne qui vnuersalem habet iurisdictionem si creatus sit nouus officialis contra robatores strate potestas cōtra illos nō habet iurisdictionē nec potest aliquid statuere, et ibi Ange. respondet ad tex. q. in contrariū allegat in. l. i. C. de offic. prefec. vbi. et in ista opinio. post longaz recitationē residet Andr. seu. in. d. c. studiū. col. ix. vbi. concludit quod specialiter deputatus ad certum actū videatur cōstitut⁹

# Quinta pars Consilio. Philippi Decij.

privatim ad officiale generale nisi ille specialiter deputatus esset negligens inducit ter. in. c. irrefragabilis. §. excessus. de offi. ordina. et idem videtur tenere Alex. in. l. titie tertiores. de leg. i. vbi refert et concludit quod specialis prouisio attendatur, ad idem Alex. in. l. testameta. circa s. C. de test. et in simili casu tradit Cor. in. c. s. xxx. Primum quidem lib. ii. et stante isto fundamento res non vide tur habere difficultatem, et per alia que supradicta sunt, et de subscriptione requisitus. Laus Deo.

## Summarium.

1. **F**ilius cui relictum est in testamento minus legitima agere potest ad supplementum.
2. Qui de omnibus dicit omne includit.
3. Res dotales que proprie dicantur.
4. Seminatio verborum voluntatem magis exuberanter ostendit.
5. Res nimia subtilitate subverti non debet.
6. Particulariter institutus est loco legatarum.

## Consilium. cccccclxv.

### **I**uino implorato presidio.

**D**isa copia testameti domine Sarre, et considerato puto in quo dubitari contingit conuenire videt quod dicit imperator in. l. iii. C. de libe. preteribi inquit. cu. enim manfestissimus est sensus testatoris verborum interpretatione nusquam tantum valeat, ut melior sensus existat: et in. l. ille aut ille. §. cu. in verbis. ff. de lega. iii. aperte enim constat dominam Sarram testaricem voluisse duplicum facere institutionem, una particulariter, et alteram universalem: nam Thomas secundogenitus fuit particulariter in quadam petio terre institutus, voluit quod esset tacitus et contentus. His tamē verbis non obstatibus potest dicens Thomas agere ad supplementum legitime. l. si quādo. §. fina. C. de inofficio. testamen. vbi Bal. in vers. quero pater reliquit filie decem in testamento, et iussit illam esse contentaz ita quod in bonis suis plus petere non possit occasione legitime vel alia quacūq; ratione licet acceptauerit legatum, agere tamen potest ad supplementum legitime: allegat text. vbi hoc expresse probatur i. §. certe rum. in aut. vt cum de appell. cogn. et not. Bar. in. l. papiniarius. §. si conditioni. in fin. ff. de inoffi. testamen. cu. simi. vt tradit Alex. in. consil. lxxix. Super primo dubio. colum. ii. vers. nec obstat. lib. i. et dixi in. consil. lxxix. Uiso puncto. col. fina. in. consil. ccxxvii. In casu proposito. colum. ii. in altera universali institutione fuit institutus alter filius maior natu qui appellatur ser Fontana: nam pater potest relinquere plus unius filio quam alteri dummodo filio cui minorus relinquitur consequatur legitimam. l. parentibus. vbi Bar. C. de inoffi. testamen. et tradit Bal. in. consil. ccxxxiii. Punctus, pater diliges filium. in prin. lib. ii. vbi allegat text. in. §. illud quoque in fin. in ante. de nup. et hoc maxime videtur habere locum quādo pater hoc facit ex causa, prout in casu isto videtur. Et certe non videtur dubitandum quod solus ser Fontana sit heres universalis institutus, ut verba testamenti evidenter ostendunt, si enim domina Sarra testatrix voluisse ser Fontana et Thomam equaliter instituere facile hoc suisset illi exprimere. arg. l. i. §. fina. uite ad scientis. C. de cadu. tollen. et in. c. ad audiētiam. de deci. et in eadem clausula, et oratione verisimiliter hoc expressisset, ex quo ergo de utroque separatis et distincte dispositis a clara dispositione testaricis non est recedendum dum inquit, in omnibus autem alijs suis bonis dotalibus mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus, vobis existentibus presentibus et futuris, sibi heredem universalem instituit, et esse voluit ser Fontanam eius filium legitimum et naturale: ista enim verba clara sunt, et tergiuersari non possunt.

2. Primo dum dicitur in omnibus alijs bonis: nam qui de omnibus dicit omnia includit. l. iulianus. ff. de lega. iii. ibi. prediu. seiam. num omne. l. procuratore. vbi Bal. C. manda. in. c. solite. de maiora. et obedien. et. xix. distinc. c. si romanorum. Est enim dictio universalis in qua plura includuntur quam in dictione seu in dispositio ne generali, ut notat Barto. in. l. generali. §. vro. ff. de usufr. lega. et not. in questione tradit Roma. in. consil. clvij. Ex supra narrato themate. in tertio dubio. et dixi in. l. omnia. in principi. ff. si certum petatur. et ad maiorem declarationem hic plures species bonorum exprimuntur. Primo de totalibus que proprie dicuntur dotales res que inestimare tradite sunt marito pro quibus maritus tenebit, et not. per gloss. et Bald. in. l. in rebus. C. de iure dotium. et iste res dotales non reputantur esse in bonis mariti, et not. Barto. in. l. lucius. §. idem respondit constante. ff. ad municipia. Secundo dicitur de bonis mobilibus. Tertio de immobilibus. Quarto de inribus et actionibus, et sic iura et actiones ponuntur hic pro tertia specie separata a bonis mobilibus: ad quod facit text. in. l. a. dino pio. §. in venditione. ff. de re indica. in. l. quam tu beroris. §. in pecu. respondet quod dictus ser Fontana fuerit heres universaler institutus solus, ut expresse verba sonant ibi, sibi heredem universalem instituit, et esse voluit, cu. enim verba clara sunt, et nulla est ambiguitas non debet admitti voluntatis questio, ut ter. dicit in. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legatis tertio. et verba sunt geminata. heredem universalem instituit, et esse voluit que geminatio verborum voluntatem magis exuberanter ostendit, ut not. in. l. balista. ff. ad trebellianum. facit quod not. Bart. in. l. cu. scim? C. de agricolis et censi. lib. xij. vt congerit Roma. in. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. in. xxij. fallen. et hoc confirmatur: quia cu. dictus Thomas sit prius institutus in testameto particulariter in certo petio

1. **S**emel approbatum reprobari non potest.
2. Contrahens cum aliquo tanquam tale non potest postea negare illum esse talem.
3. Approbatum in uno officio non potest in eodem officio reprobari.
4. Fideiussor qui coactus fuit soluere usurpas quando illas repetere possit a principali.

## Consilium. cccccclxv.

1. **I**uino implorato presidio. Ad dubium quod obicitur contra adoysem quod non impleuit pro parte sua: quia non impetravit confirmationem capitulorum a summo pontifice prout tenebatur, et videtur probabiliter sic posse responderi quod ex quo dicte partes sepe, et sepius approbauerunt, et cum effectu obseruauerunt dicta capitula absque alia confirmatione summi pontificis non videtur quod nunc communitas Ascianae contradicere, et contrauenire possit, et in regula, quod semel placuit de regu. iur. i. vi. et quod est semel approbatum reprobari non potest. l. si quis testib. C. de testi. et no. Bart. in. l. pomponius. la. i. colum. iii. ff. de nego. gest. et qui contrahit cum aliquo tanquam tali non potest postea negare illum non esse tales. l. si pponas. §. j. vbi Bal. ff. de petitio. heredita. et iō dicit Bal. in. l. ii. §. quod obseruari. colum. iii. vers. hic quero de ista questione. C. de iuramen. colum. quod quis debet esse cautus, ut non litiget cum curatore eius quem putat maiorem esse: quia videtur fateri ilium minorem esse propter curatore, et in pposito est dictum Irno. in. c. cum venerabilis. de excep. et Abb. ibi in ver. si querit. s. qd. approbatum in uno officio non potest in eodem officio reprobari, ut dicit Pet. de anc. in. c. j. de concil. preb. col. vi. cu. si. vt dixi in. d. c. cu. venerabilis. colum. fin. cum ergo dicti homines Ascianae et dicti Hebrei post finitam primam conductam dictorum Hebreorum renouauerint pluries dictam conductam absque alia confirmatione summi pontificis, et adiunicem obseruata fuerint capitula in quibus agebatur de interesse partium non videtur quod nunc Ascianenses impugnare possint renouationem dicte conductae que ab eis pluries fuit approbata. Non obstat si dicatur dato quod a communitate Ascianae illa renouatio esset approbata propter hoc non vallet, quia erat necessaria autoritas summi pontificis: nam ad hoc in quo videtur ius consistere responderet quod ex quo talis renouatio de facto fuit obseruata, et habuit effectum reputatur inde acsi de iure valuerit, ut in terminis de statuto usurparum tradit Albe. de rosa. magnus practicus in. l. j. col. fin. in. ver. ego hanc questionem de facto habui. C. de summa trinitate et fide catholica. ca. vbi dicit et fideiussor quod de facto coactus fuit soluere usurpas virute statutorum laudi inualidi potest illas repetere a principali licet de facto illas soluisset que de iure non valebat. l. i. C. de usur. vbi de statuto communitatium circa usurpas: tamen quia fuit coactus soluere de facto determinatum fuit quod illas repetere possit acsi de iure soluisset, et ad hoc alleg. text. in. c. promisit. de fideiussore. et ibi in. c. j. colum. vii. vers. et aduerte. hoc sequitur quando in loco usurparum privilegiati, ut possit usurpas exigere, et sic de facto ibi seruabit, et sibi ista conclusione Alex. consuluit in consil. cvij. Pro investigatione predictorum. colum. penul. lib. ii. vbi dicit quod tales circumventiones de usurpis soluendis non valent, tamen et quo de facto in loco debeant seruari habentur perinde acsi valeret. l. qui habebat. ff. de manumis. testa. vbi glo. si. dicit mirum esse quod quandoque aliquid non valet de iure, et tamen omnino sortit esse etum, et debet de facto obseruari, et ad idem Alex. allegat Alberi. in. locis supra allegatis: et ibi col. si. in. §. iamduduz. alleg. quod ex quo Hebrei tolerat statutum in loco cui plenam securitatem, et facultatem dant, ut latius ibi tradit Alex. ex quib. omnibus condicendum videtur quod dicto adoysem imputari possit, et ei causa maximam equitatem habere videtur, que iura ipsa communitas receperit ab ipsis Hebreis, et omnia in quibus agebatur de interesse ipsius communitatis; pariter videtur quod debeat obseruare capitula de quibus agitur de interesse ipsorum Hebreorum, et intitulo, quod quisque iuris, et cu de facto pluries, et pluries fuerit facta renouatio dicte conductae Hebreorum absque confirmatione pape, et de facto sit obsernatum non videtur quod nunc talis conducta impugnari possit ex defectu iuris per supradicta, et cum de facto babuerit effectum in favorem communitatis, et ita de obseruari in favorem Hebreorum. Laus Deo.

petio terre, non est verisimile quod incontinenti in eodem testamento a prior voluntate voluerit testatrix recedere, et illum vniuersale heredem facere, et se incontinenti corrigere, ut not. in. l. non ad ea legata. in prim. ff. de condi. et dem. on. Non obstat premissa conclusio, ni quod ab aduersa parte obijcitur quod imo dictus Thomas dicitur equaliter succedere cum dictus ser Fontana eius fratre: quia dictus ser Fontana fuit in bonis dotalibus institutus, et sic etiam institutus eius videtur particularis: quo casu licet maior sit institutio in re particulari in qua ser Fontana fuit institutus, ista inequalities non impedit quominus uterque debeat matre equaliter succedere. l. si alterius. t. in. l. quoties. s. si duo. ff. de here. insti. quia ad hoc respondetur, et occurrit quod dicit tex. in aut. de tabel. col. iij. col. iiij. in versi. et non singulat tabelliones quod nihil inter homines sic est indubitatum, ut non possit licet aliquid sit instissimum tamen suscipere quamdam sollicitam dubitationem, et hoc est quod dicitur quod subnita res subverti non debet. l. si quis heredem. in. fi. C. de insti. et substi. in. l. penulti. C. ad trebel. in. l. sicut. s. si debitor. ff. qd. mod. pig. sol. in isto enim casu verba adeo clara sunt, ut nullo modo in dubium renocari debeat nec possint: nam iura super al legata in contrarium non faciunt in proposito: quia loquuntur in duabus particulariter institutis: quia tunc ipsi equaliter in tota hereditate admittuntur, secus videtur quando unus est particulariter institutus, et alter vniuersaliter: quia particulariter institutus est loco legatarij. l. quoties. ybi tex. C. de hered. insti. et no. Pau. de cast. in consi. s. colum. fina. in versi. illud autem constat. Roma. cōsil. lxxij. qd reliqua hereditas, et ita videtur in isto casu: quia Thomas est loco legatarij: quia in re particulari, videlicet in quodam petio terre fuit institutus, ut patet in testamento, et hoc comprobatur dum etiam in testamento dicitur quod dicto Thome dictam petiam terre iure institutionis reliquit per omni et toto eo quod de iure dictus Thomas in bonis maternis dotalibus paraphernalibus, et cuiuscunqz conditionis et hereditatis habere deberet, concludo quod dictas Thomas sit loco legatarij, et dictus ser Fontana sit heres vniuersalis, ut verba aperte, et expresse sonant, et habet locum quod dicit in. s. disponat. in aut. de nup. disponat testator quod velit in rebus suis, et prolege ierubitur: et videtur breuiter conclusio ne rem claram videar dubiam reputare. **Laus Deo.**

### Summarium.

- 1 Pena ut locum habeat liquida debet esse probatio.
- 2 Laus a quelibet etiam iniusta excusat a pena.
- 3 Argumentum a contrario sensu tenet in contractibus.
- 4 Vasallus non prohibetur locare feudum ad modicum tempus.
- 5 Per locationem ad modicum tempus non dicitur fieri alienatio et non transfertur dominium neqz possessio.
- 6 Per alienationem partis non debet vasallus priuari in totum.
- 7 In contractibus verbum quodlibet etiam minimu debet operari.
- 8 Limitatio ad. ledem. C. locati.
- 9 Factum ad hoc ut dicatur ab vniuersitate seu communitate requiritur quod factum sit de communi consilio.

**Consilium. cccccclxvij.**

**Juino iplorato psidio.**  
Non consonat quod communitates in penam caduci tatis inciderint ex eo quod non prestiterint iuramentum fidelitatis: quia debuerunt illud prestare intra mensem a die introitus, ut pena euteatur. Ita verba debent intelligi de introitu sole, et licet verba possint cauillari, ut introitus accipiatur pro collatione non debent cauillationes fieri, ut pena committatur: et quia liquida debet esse probatio, ut pena habeat locum, ut not. Bal. in. c. colum. fina. in titu. qual. domi. propri. feud. pue. cum simili. ut dixi in. l. in penalibus. ff. de regu. iur. et presertim quod agitur nomine ecclesie que in penis mitius se habere debet, ut no. in. c. iuaz. 2 de penis, et dici solet quod quelibet causa etiam iniusta excusat a pena. l. ligitur. de libe. cau. et tradit plura Elleran. in consi. cxix. que ritur. colum. iij. lib. ij. et presertim in rusticis de quibus agitur. l. si quis id quod. ff. de iurisdi. omnium iudi. Secundo contra communites obijcitur quod inciderint in penam: quia in instrumento dicitur quod possint pasturare cum eorum bestiis ergo a contrario sensu videtur quod non possint aliorum bestias intrromittere nec deberent. Et aleat enim argumentum a contrario sensu in contractibus. l. pecuniam quam. ff. si cer. peta. et in. l. inter sacerum. s. cū inter. ff. de pac. dota. et isti contrafecerunt: quia pasturam alijs locaverunt, ergo videtur in penam incidisse. Sed ad hoc ultra ab alijs dicta; respondetur quod argumentum a contrario sensu in casu isto non colligitur quando quis incideret in penam prout esset in isto casu, ita voluit glo. in clemen. j. in verbo. facere. de vsur. ybi Lard. et Imol. sequuntur Bal. in aut. ad hec. colum. iij. versi. sed dubitatur. C. de vsur. cum simi. ut tradit Elleran. in. l. si eum. s. qui iniuria cum colum. fin. ff. si quis cau. absqz vero quod pena incurritur be-

ne videtur quod prohiberi possint ne aliorum bestias intrromittantur ex eo quod in instrumento dicitur primo in laudo ratificato quod dicta communia, et homines predicti habeant tantum ius pascendi et retinendi suas bestias ad pascendum, et in concessione postea facta dicitur cum suis bestiis ipsorum communium, et hominum, et personarum: ergo videtur quod aliorum bestias admittere non possint a contrario sensu, ut supradictum est. Sed dubium facit: quia dicta bona concessa fuerunt in feundum, iure recti feudi, et in instrumento dicitur dicta bona concessa fuisse in feundum a dicto archiepiscopatu ad habendum, tenendum, gaudendum, et vulnfructuanduz: ergo videtur quod dicta bona potuerint locari: et quia vasallus non prohibetur locare ad modicum tempus, arg. clem. s. in fi. de rebus eccl. non alienan. c. s. Donare qualiter feu. alie. pos. licet non possit concedere in emphyteosis, ut not. per glo. in c. imperiale. in prim. in verbo. alienare in fi. quia emphyteosis est alienatio. c. nulli. de rebus eccl. non aliena. s. alienationis autem. in aut. de non alienan. sed per locationem ad modicum tempus non dicitur fieri alienatio: quia non transfertur dominium neqz possessio. l. non solet. ff. loca. similiter cum sit translatus vslus fructus dictorum bonorum vslufructarius potest locare. s. i. insti. de vslu et habitatio. Sed videtur dicendum quod argumentum a contrario sensu non colligatur, contra illud quod in eodem instrumento dicitur. Tertio contra communitates obijcitur: quia in instrumento dicitur quod ea bona vel aliquam partem eorum non possint vendere vel alienare vel in alium quoniam titulo transferre, et idem videtur de iure communi. c. imperiale. s. i. ybi nulli liceat feudum vel partem aliquam vendere, pignorare, vel alienare quocunqz modo, et dicitur constare tres particulias alienatas fuisse. Sed responderetur quod per alienationem partis non debet vasallus priuari in totum, ut est tex. in. c. i. in prim. de vasal. qui contra constituta. lothar. regis benef. alie. ibi, si totum perdat totum, si partem perdat partem: ad idex tex. in. l. i. s. illud partem, que fuit pri. causa benef. amitten. et not. per glo. in. c. i. s. callidis. in verbo, amittant. de prohibiti. aliena. per Federi. seu Elre. in cōsil. xij. Aliso. colum. iij. Lorneus in consi. le viij. Placet. in fi. lib. ij. replicari potest hoc habere locum in dispositione legali, prout iura preallegata loquuntur, non sic videtur in contractibus. Respondeatur quod verba contractus expressa videntur prout tacite intelligebantur, et eorum expressio nihil operatur. l. iij. ff. de lega. j. sed hoc non videtur verum: quia hoc modo verba contractus nihil operantur, et in contractibus quodlibet verbum etiam minimum debet operari, ut not. Bal. in rub. C. de contrahent. empt. in. ix. q. sequitur Elleran. in consi. clj. Eliso themate. lib. ij. col. ij. et in consi. clvij. In causa et lite. col. penulti. eo. lib. ij. Joan. de ana. in consi. xcviij. Elsis circa fin. et specialiter facit quod no. Bal. in. c. i. s. preterea. in versici. quero quid si est appositorum pactum. de capi. corra. ybi concludit quod quodam est appositorum pactum de non alienando tunc non potest vasallus interficare, ut pactum aliquid operetur, et addere in terminis Luma. in consi. xlj. ad primu questum. col. fin. ybi de hoc dicit in statuto: et bene facit quod not. Ange. in. l. edem. C. loca. f. ybi inquit quod locator qui in instrumento contractus promisit non expellere conductorem ut verba aliquid operentur intelligitur etiam si locator pro vnu suo velit habere rem locata, et ita limiteatur tex. in. d. l. ledem. et per alienationem vasallus priuatur feudo. c. i. s. callidis. de prohibiti. feu. alie. na. per Fed. e. cum simi. ergo ex isto capite dicte communitates vindicentur feudo priuatum. Non obstat quod alienatio facta sit ab ignorantia bona esse feudalia quo casu propter ignorantiam excusat a priuatione. c. i. de cōtrouer. inter do. et emp. et ibi Bal. et ad idem tex. in. c. i. s. vasallus culpam. si de feu. fne. contro. inter do. et agna. et ignorantia presumitur. l. verius. ff. de proba. de quo vide que dixi in. c. iij. oe. excep. quia respondeatur quod cum agatur de facto per ipsum communitatum scientia presumitur. l. quod. ff. ad vels. leia. in. l. quisquis. C. de rescin. vedi. in. c. ab excommunicato. de rescrip. cum simili. et tali casu stante prescriptione scientie ignorantiae non potest probari per iuramentum, ut no. per gl. in. c. proposui. sti. lxxij. distin. in verbo, non probatur. an o. Elbb. in. c. pastoralis. de excep. col. iij. Roma. in consi. cccclxxij. Presentis dubitatiois. in fi. Ultimo non obstat quod alienatio facta sit a quibusdam particularibus quorum factum non debet nocere communitatibus: et quia ad hoc, ut dicitur factum ab vniuersitate seu communitate requiritur quod sit factum de communi consilio vniuersitatis, ut no. Bar. in. l. aut facta. s. fi. in fi. col. ver. vltius quero. ff. de pen. unde si aliqui particulares delinquunt tale delictum non ascribitur vniuersitati, ut dixi in consi. lxxij. cum simi. ut tradit Elleran. in. c. dilectus. el. ij. de simo. quia ad hoc respodetur dupliciter. Primo quod ista alienatio habet tractum successuum quo casu in delicto non momentaneo, ut esset homicidium habent locum alleg. in cōtrariu, et alia que possunt allegari, sed in delicto successivo prout videtur in isto casu illi de vniuersitate obligantur dato quod delictum factum sit absqz communi consilio, ut no. tradit Pet. de ancha. in. consi. elvij. ex narratis in facto. col. iij. Elleran. in. d. c. dilectus. col. fi. Secundu-

# Quinta pars consi. do. Philip. decū.

do respōdetur quod in casu isto a syndicis fuit facta promissio nomine singulorum, ut colligatur ibi nomine dictorum communium, et cuiuslibet eorum et omnium et singulorum hominum, et per sonarū dictorum communium, et cuiusq; eorum. *Laus Deo.*

## Summarium.

- Depositum factum de pecunia reprobata est nullum.
- Pecunia reprobata non liberat soluentem.
- Falsus denarius non est denarius.

## Consilium.ccccclvij.

### **D**iuino iplorato p̄sidio.

Secundū ea que proponuntur more Scenole iuris cōulti res ista non videtur habere difficultatē considerando hoc modo. *Mā si tempore depositi erat pecunia reprobata clarum est qđ tale depositum legitime factū non fuit: quia debuit fieri de pecunia currenti et visuali, vt not. Specu. in titu. de foli. S. nunc aliqua. in versi. pone. et Oldra. in cons. xxxij. Thēma tale est. et tradit Elleran. in cons. ciiij. Statutum loquens. lib. i. et Lōrū. in cons. ccxxij. De plurib; effectualiter queritur. col. si. in. iij. lib. 2 f̄ quia pecunia reprobata non liberat soluentem. l. eleganter. S. qui 3 reprobos. ff. de pigno. act. et quia f̄ falsus denarius non est denarij, vt no. per glos. in. l. iij. C. de hereti. in verbo. non habent. si vero tempore depositi erat pecunia in vili depositum videtur factū legitimate, et Franciscus qui debuit recipere depositū videtur fuisse in mora: quia sine iusta causa depositū accipere recusavit. l. qui decem. in prin. ff. de solu. l. acceptam. C. de vslur. ex hoc sequitur quod pecunia deposita sit periculo ipsius creditoris qui debuit depositum recipere. d. l. qui decem. in princ. et in. d. l. acceptā. et ideo si post moram creditoris reprobata fuerit pecunia periculuz est creditoris, vt not. Bart. in. l. cum quid. ff. si cer. peta. col. fina. in versi. et hec faciunt ad questio. vbi allegat. l. vinum. ff. eo. titu. remittit se ad. l. paulus. ff. de solu. vbi Bart. in. y. colum. in versi. quero quid si moneta. in fin. inquit quod omne detrimentum spectat ad illum qui est in mora. d. l. vinum. et idem etiam tenet Pet. et Ly. in. l. in mis. norum. C. in quib; causis in integ. resti. non est neces. et ibi Ellber. de rosa. in. j. colum. post Odofre. cocludit quod effectus more est qđ periculum interitus in aduersarium transferatur, vt not. in. l. mora. ff. de vslur. et idem no. Abb. in. c. quāto. col. v. de iure iurā. et quod post moram periculum sit indistincte ipsius morosi, tradit Ellige. in. d. l. paulus. circa fin. et Marti. Lauden. in suo tract. de moneta. incip. cupiens strictam monete materiam amplecti. col. v. et cū ista conclusio concordat Lardi. et Imol. in cle. si beneficiorum colum. iiij. de decimis. *Laus Deo.**

## Summarium.

- Decretum seu constitutio que loquitur de tertoribus serici qui aufugiunt cum serico et drapo serico qui committunt furtum an habeat locū in tertoribus grauatis et oppressis ere alieno qui aufugiunt nihil exportando.
- In dispositione vniuersali omnes casus includuntur.
- Lex que generaliter loquitur generaliter intelligitur.
- Decretum factum propter utilitatem publicam late intelligi et interpretari debet.
- Lex propter utilitatem publicam facta dicitur favorabilis.
- Statutum cessat vbi eius cessant verba.
- Statuta tantum disponunt quantum loquuntur.
- Inclaris non est opus coniecturis.
- Statutum loquens de furto non habet locum in rapina.
- Rapina dicitur furtum improbissimum.
- Statuta sunt stricti iuris.
- De iure communi non debet quis capi pro delicto nisi prius facta discussione.
- Pactū qđ debitor qui non soluit capi et carcerari possit nō valet.

## Consilium.ccccclxix.

### **D**iuino iplorato p̄sidio.

Uiso et perfecto consil. celebratis. A. J. docto. d. Lazari arnolphini Luceñ. et visa subscriptione clarissi. iuris consul. et in signis militis domini Cesaris de nobilib; licet in casu proposito accusate et solito more eleganter scriptum sit f̄ non omittit tamen qđ prima facie videbatur dicendum quod decretū seu constitutio que loquitur de illis tertoribus serici qui aufugiunt cum serico vel drapis serici qui committunt furtum qđ etiam tale decretum habeat locū in tertoribus grauatis et oppressis ere alieno. qui aufugiunt nihil exportādo: hoc videtur probari in. l. ait p̄tor. S. si debitorem. ff. de his que in frau. credi. vbi text. loquitur in eo qui aufigit cum pecunia alterius, et glos. ibi. et Bart. volunt illum ter. habere locū in quo libet debitore fugiente qui nihil exportaret: quia tamen capi potest a creditore, vt no. per glos. in situ. de actio. in prin. in verbo. in iudicio. facit ter. in. l. j. C. vbi quis decur.

- vel coarta. vbi Bart. in. l. generali. C. de decur. lib. x. et ad. hoc facit, quia decretum loquitur vniuersaliter dum dicit quemcūq; fuit, ḡtētem: vnde videtur quod vniuersaliter intelligatur: f̄ quia in dispositione vniuersali omnes casus includuntur. l. a procuratore. C. manda. in. l. iulianus. ff. de lega. iij. et dicit. l. omnia. ff. si certū peta. et flex que generaliter loquitur generaliter intelligitur. l. j. S. et generaliter. ff. de leg. prestan. et hoc procedit dato quod maior ratio sit in uno casu quod in alio, omnes tamen comprehenduntur. l. j. S. qđ autem. ff. de aleato. et ad idem facit, quia cum decretum factum sit propter utilitatem publicam, vt in decreto expresse dicitur ibi, et cum multum interest re publice nostrae vt obuietur quantum sit possibile talibus delictis tale decretum debet late intelligi et interpretari, vt not. Bart. in. l. quemadmodum. C. de agrico. et centii. lib. xj. in. l. ij. S. exercitum. ff. de his qui nota. in fa. et omnis lex facta propter utilitatem publicaz dicitur favorabilis, vt dicit Pau. de ca. in cons. xxiij. A. so puncto et oppositionib; colum. ij. alleg. l. j. S. si. C. de cadu. tollen. et facit quod no. Barto. in. l. si quis in granis. S. vtrum. in ver. bi quoq; per illum ter. ff. ad fillania. vnde ex his consonat qđ dispositio dicti decreti seu statuti comprehendat etiam illos qui grauati ere alieno fugam arripiunt. His tamen non obstantibus vlt̄erius cogitanti conclusa preclariss. consultorib; supra firmatam amplectoz, et intēto nostra fundata est in negativā: quia decretum seu statutum non loquitur de fugientibus p̄ter es alienū et vbi cessant verba statuti cessat statutū: vt dicit Bald. in. l. illam. in prin. C. de colla. et statuta tantum disponunt quantum loquuntur, vt idem Bald. dicit in. l. testamentum. in fi. C. de test. facit ter. in. l. si seruum. S. non dirit pretor. ff. de acqvi. hered. in. l. si vero. S. de viro. ff. solu. ma. et hoc comprebatur, quia decretum loquuntur de aufugientibus cum rebus alienis et furtū committeb; vt colligitur in supplic. ibi in princ. qđ cum singulis diebus cōmituntur furtū plura: et ibi, qui aufugiūt cum telis et letis illis datis, et cōcessio videtur facta in supplic. c. inter dilectos. S. ceterum. ibi, ex forma petitionis. de fide in. l. vbi Bal. no. illum ter. ad idem ter. in. l. j. C. de diuer. rescrip. facit ter. in. l. si defensor. S. qui interrogatus. ff. de interro. act. vbi Bal. et not. Anto. de but. in consil. xij. quia hoc agitur. in prin. Abb. in. c. ij. de treu. et pa. et hoc exp̄sse dicitur in decreto qđ refert se ad supplicationem in omnibus, et per omnia: et vnde in claris non est opus coniecturis. in. l. continuus. S. cum ita. ff. de verbo. obli. et in iplo etiam de creto oicitur cupientes quantum fieri potest furtis ipsiis obuiare rc. et tale decretum qđ loquitur de furtis non haberet locum in rapina: quia statutū qđ loquitur de furto non habet locū in rapina, vt no. Bal. in. l. si te. C. ex qui. cau. in fa. irrog. facit qđ no. Ro. in cōsil. cclvij. inquisitio p̄ sens. in cōsil. cl. In proposita questione. si ergo statutū in furto nō habet locū in rapina que dicitur furtū esse improbissimum, vt no. per glos. in. d. l. si te. a fortiori videtur qđ statutum de furto nō habeat locū in debitore grauato ere alieno in quo est minor ratiō fū in furto, et cum verba decreti que de furto loquuntur non conueniant in tali debitore pariter dispositio decreti nō videtur habere locum. l. iij. S. toties. vbi Bar. ff. de dam. infec. in. l. atra antē. in prin. vbi Bar. ff. de admī. tut. in. l. hos acculare. S. omnibus. ff. de accu. c. indēnitib; S. pe. de elect. in. vi. et sicut in decreto casus iste devi et proprietate verborum non comprehendit, vt supradictū est: ita etiam per viam extensionis ad istū casum trahi nō debet: f̄ qđ statutum huius stricti iuris, vt not. Barto. in. l. constiutionib; ff. ad municip. in. l. omnes populi. char. penul. versic. quarto quero. ff. de iusti. et iur. et quia statutum hoc est contra ius commune: f̄ quia de iure communi non debet quis capi pro debito nisi facta prīus discussione bonorū, vt not. Bart. post glos. in. l. iij. S. tutorē. ff. de ius. spec. cuto. facit ter. in. l. obes alienum. C. de actio. et obliga. in. l. qui filios. C. que res pigno. Et captura persone est pena, vt no. in. c. vt fame. de senten. excommu. Lū ergo ista dispositio decreti sen statutū sit contra ius commune, et penalit̄ non debet extendi: quia vt tradit Elleran. in. l. si constatē. in princip. colum. iij. in versic. tertio limita. ff. solu. matrimo. quādo est dispositio correctoria iuris cōmunis, et penalit̄ non sit extensio etiam a ratione expressa: allegat glos. in. clemen. y. in verbo. eisdem. de eta. et qualita. Et in casu isto indubitanter nō videtur tractandum de extensione que quādoez solet fieri propter eandem vel similem rationez, sed in casu isto videtur diversa ratio inter illum qui aufigit cum rebus alienis committendo furtum, et illū qui recedit propter es alienum, et ideo nō est tractādum de extensione, et ratio diversitatis in dictis casib; videtur: quia ille qui aufigit cum rebus alienis videtur consequi lucrum in actu fugi: ideo ad fugā magis concitatque ratio celsa in eo qui vacuus recedit, vnde statutum in uno casu nō videtur habere locū in aliis: ad hoc quia decretum loquitur de illis qui furtū committunt, et res proprias auferūt dominis, et non videtur habere locū in illis qui res debitas auferunt: qđ statutū qđ loquitur de re mea non habet locū in re que sit inibi debita, vt no. Bart. in. l. gallus. in. y. videndū. in fi. ff. de lib. et posth. et cum ex supradictis appareat qđ verba decreti nō conueniant in casu de quo agit necratio

ne ratio videatur habere locum, ut supradictum est: cōcludendū est quod decretum in casu de quo queritur nō procedat. **C** Non obstat allegata supra in contrarium, et primo quod habetur in d. lait pretor. **S**. si debitor ē. f. de bis que in frau. credi. quia ibi illud nondicitur ex eo qd ille tex. qui loquitur de eo qui aufugit cum pecunia aliena etiam habeat locum in debitore q nibil exportauit quia ibi de captura persone nibil dicitur, sed solum dicitur de pecunia quam exportabat auferri potest: et docto. qui dicunt qd debitor fugitus capi potest dato qd nibil exportaret non dicunt hoc per illum ter. quia hoc non probat, cum ibi de captura persone nibil dicitur, sed mouēt per alia iura, videlicet per tex. in. l. j. C. vbi quis decur. vel coarta. et in. l. generali. C. de decur. lib. x. sed tamen dicta iura hoc nō probant: quia loquunt illa iura de illis qui sunt obnorū curie qui capi possunt si aufugiant, et in coartatis bus qui sint de aliqua cohorte isti possunt capi quando aufugiant: qr per sona est obnorū, vt de monachis Barto. dicit. in. d. l. j. C. vbi quis decur. sed in debitibus privatis ere alieno hoc dici nō potest: qr propter es alienum persona non subiicitur. lob. es alienum. C. de actio. et obliga. in. l. qui liberos. C. que res pigno. f. et non valet pactum quod debitor qui non soluit capi et carcerari possit, vt notat Ang. in. aut. vt non sicut pigno. in. fi. col. v. cum simi. vt tradit Alex. in. l. alia. S. eleganter. f. solu. matri. **C** Non obstat quod decretum videtur loqui in quolibet fugiente ponderādo illa verba quāē cunq fugientem: quia illa verba restringuntur a verbis prolatis supra in proemio, vbi patet quod loquitur de illis qui furtum committunt, et sic illa verba quemcunq fugientem intelliguntur sicut procedentia. argn. l. si seruus plurium. S. fina. f. de lega. j. in. l. etia. S. idem respondet. f. de verbo. oblig. **C** Ad obstat quod propter utilitate in publicam dispositio debet esse exēdi: quia hoc posset habere locum quādo esset eadem ratio, sed in casu isto nō videtur eadem ratio, ut supradictum est: et dato quod subesset ea dem ratio non haberet locuz exētiō: quia materia est correctoria etiam penalit, vt diri. **E**t ex his satisfactū videtur primo et secundo dubio, in tertio dubio res clara videtur quod qualitas requesita a statuto debet probari, vt not. Barto. in. l. j. S. ait pretor. f. ne quid flumine. publi. cum simi. supra allegatis: ad hoc facit dictum. Barto. in. l. dominus. f. de testam. mili. in verbo, item sunt statuta. vbi. inquit quod disponente statuto qd villa teneatur emendare damnum si quis fuerit derobatus, nam ille qui petit estimationem tenetur probare quod fuerit derobatus, vt verba statuti verificantur. **Laus. Deo**

**Summarium.**

- 1 **G** bona acquisita per filium familias ex eius industria ipsi filio acquiruntur.
- 2 Emptio facta per filium familias ex pecunia per ipsius eius industria acquisita ipsi filio acquiritur.
- 3 Societas nunquam inter filios contracta intelligitur quando patr. viri.
- 4 Clasula codicillaris habet locum quando testamētum deficit ex defectu solennitatis.

**Consilium. CCCCCCLXXI.**

**D** **Juino iplorato p̄sidio.** Clarissime sunt due cōlusiones de iure in quibus fundatur presens cōsultatio, ideo requisit⁹ de subscriptio ne agam paucis. **F** Puma cōclusio est quod bona acquisita per dictum Joānem Paulum ex eius industria sicut eius precipua: quia in hoc iura clara sunt in. l. cnz oportet. S. j. C. de bonis que liber. in. S. j. isti. per quas perso. nobis acqui. Et tradit Abb. in. cōs. xxvij. circa primum dubium. lib. ij. et idem not. Soci. in. cōs. cxvij. capio difficultatem. in principio. et ita supradictum est: et predictis addo Bal. in. cōs. ccclxxvij. Factum sic se habet. lib. iiij. vbi distinguunt, et considerat quatuor casus, et in tertio casu ad propositum cōcludit qd quādo filius familias acquirit solum ex suis operibus, et sua industria, riste casus sicut Bal. in. dubitabilis est per iura supra allegata: quia tale lucrum adūtitum est, et ipsi filio acquiritur, et probatur in iuribus preallegatis, et idem Jo. de ana. in. cōs. lxxvij. vso puncto Ang. in. cōs. cxvij. bona acquisita. col. ij. et Rapha. Luma. in. cōs. lxxxvij. casus talis est. in. prin. Fulg. in. cōs. cxvij. Zon gus. col. ij. et ista conclusio de plano procedit quando cōstat qd ex propria industria filius familias illa bona acquisiuit prout doc. lo quantur in locis supra allegatis, et idem videtur esse in dubio: fqr emptio facta per d. Joannem Paulum videtur facta nomine proprio ipsius Joannis Pauli, vt no. Bart. in. l. si patru⁹. col. ij. C. cōmunita vtriusq incl. per. l. et magis. f. de solu, et idem Bart. in. l. titus. S. altero. col. ij. f. de admis. tuto. Nec tractandū est de aliqua societate tacita inter dictum Joannem Paulum et eius nepotes: quia Franciscus pater viuebat quo casu f. quādo pater viuit inter filios fratres nunq. societas contracta intelligitur, vt not. Bal. in. l. cum oportet. in. princ. col. ij. ver. quero quare fratres. C. de bo. que

lib. 2 Roma. in. consi. cccclxxi. lucruz autē. Elerā. in. cōs. crrxyij. 4 Ponderatis bis. in. fi. lib. v. **T** Secunduz dubiu de clausula codicilliari in qua dubitari potest, qr cum testamētum fuerit nullū ex preteritiōe nepotū qui mortuo eorū patre in vita testatoris: iuxta l. posthumoz. in. prin. ff. de iniusto rup. et in. S. posthumoz. autē. insti. de exhere. lib. i. tali casu clausula codicillaris nil operatur: qr solum videtur habere locum quando testamētum deficeret ex defectu solennitatis, vt not. per glo. magnam. in. fi. in. aut. ex. causa. C. de libe. prete. et tradit Spec. in. tit. de instru. edi. S. compēdiose. ver. sed pone quidam. instituit filiuz. et Oldr. in. cōs. cl. j. thema tale est Sed breuiter in contrariū communis opī est, vt Eler. cōcludit in d. aut. ex. causa. et ita Bar. tenet in. l. j. in. v. q. ff. de iure codi. Ange. in. cōs. xcix. Also theme. Bal. in. cōs. ccccxrj. incip. glo. in. aut. ex. causa. et idem Bald. in. cōs. crvij. quidam Nicolans. lib. v. et in. cōs. xxxvij. proponitur. lib. ij. Ang. in. S. sue igitur. in. aut. vt cum de appell. cog. in. fi. cum simi. vt late tradit Eindr. sicu. in. cōs. l. iij. In ultimo dubio. in. iij. lib. 2 qd ista sit communis opī. etiā Eler. dicit in. cōs. xl. Also tenore. co. ij. ver. et si dicatur lib. i. Et in. cōs. xxvij. Circa primum. col. ij. lib. ij. Et ideo recurrentum est ad fundamētuz supra factum qd clausula codicillaris solū operatur qd restitutio de beat fieri illi qui fuit institutus sicut decisionem Bart. in. l. j. q. xl. ff. de iure codi. et sequitur Eler. in. cōs. cl. j. Examinatis iuribus col. ij. lib. ij. Et in. cōs. cl. j. Circa primam dubitationē. col. iij. versi. accedit antiqui. lib. ij. et dixi in. cōs. cl. j. supra allegato. per dominum Losulorē, et cum ista sit communis opinio ab illa non est recedendum. **Laus. Deo**

**Summarium.**

- 1 **G** Spoliatio probari nō potest nisi prius possessio probata sit.
- 2 Ad obtinendum restitutionem que probanda sint.
- 3 Dolus probari debet, vt quis de spolio conuincatur.
- 4 Lausa quelibet etiam iniusta ex. cusat a dolo.
- 5 Adulter quādo mortuo marito dicatur possidere bona mariti pro viribus donis sue.
- 6 Dominum rerum dotalium post mortē mariti ad uxori reuersus sit licet non reuertatur possessio.
- 7 Mortuo marito habet uxori retentionem bonorum mariti p. dote.

**Consilium. CCCCCCLXXI.**

**D** **Juino iplorato p̄sidio.** Applandent rationes et iura que in favorez Antonij de Santombus accurate, et subtiliter iduxit prestatissimus E. J. doct. dominus Haleottus iunius vii frater maior honorandus, et de subscriptione requisitus iuridicā esse arbitror conclusionem ab eius excellentia firmatam, et ad eius confirmationē verba commissionis facie a magnificis octo viris debent diligenter perscrutari quibus excellentissimis iudicib⁹ Rote Florētine cōmittitur vt referant, an dictus Antonius dicto nomine iuridice apprehenderit dictam possessionē vel per vim aut claz dicatur spoliasse, et pro resolutione dicte commissionis vidēdum est de duobus. Primo de spoliatione in qua actor insistit an probata sit. Secundo an dictus Antonius iuridice nomine domine Jacobo sue uxoris accepit possessionē bono: um de quib⁹ agitur. Circa primum sicut ea que proponuntur more scuole in re cōsulti res nō videtur habere difficultatē ex quo agentes non pro bauerunt possessionem vt supradictū est: f. et impossibile est probare spoliationē nisi possessio probetur, vt Abb. dicit per illū text. i. c. olim. el. ij. in ultimo not. de resti. spol. f. et ad obtinendum restitutionem duo probari debent. Primo qd ille q. agit possideret. Secundo quod de eius fuit, vt probatur in. l. j. S. inter dictum autem hoc, et ibi glos. ff. de vi et vii arma. in. c. consultationibus. vbi Abb. in secundo not. de offi. delega. et not. Lapis in alleg. ij. letatus sum. col. j. Pau. de cast. in. cōs. l. In causa que vertitur inter reuerēdum. col. j. et Domini de sancto Bemi. in. cōs. cl. vj. dominus Bur gēsis. col. j. et hoc idem cōprobatur: f. qd ad hoc vt quis de spolio conuincatur debet dolus probari. l. ij. S. doli mali. ff. de vi bono. rap. vbi Bar. et tradit Bal. in. cōs. ccclxxij. Ego presuppono. lib. ij. et dixi in. cōs. cxvij. In causa spoliationis. col. fi. et in casu isto nō videtur probatus dolus: quia cū dictus Antonius esset maritus dicte domine Julie et nomine uxoris eius accepit possessionē dictorum bonorum nō videtur fuisse in dolo: qd quelibet f. causa etiā iniusta erculata dolo. l. igitur ff. de libe. cau. glos. fi. in. l. j. S. fi. de abige. vbi Bar. et glos. et Bal. in. l. j. C. vbi causa status. cū simi. et ex predictis manifeste patet qd Antonius supradictus ratione spoliationis cōdēnari nullo modo potest. **T** Uenio ad secundū dubiu an predictus Antonius iuridice in dictis bonis possessionē accepit, et cuz ipse nomine domine Jacobo uxoris sue dictā possessionē adeptus fuerit ipsa videtur talē possessionē accepisse. arg. l. j. in. S. die ecclisse. ff. de vi et vii arma. in. l. nō ideo minus. C. de accu. in. regula, qui per alium. de regiur. in. vj. Est ergo videndū an ipsa domina Jacoba habe

# Quinta pars Cons. do. Johanni philippi decim.

